¶Alia regula/oppoſitum copulatiue eſt vna diſiunctiua facta ex oppoſitis partium copulatiue illius/vt homo currit et aial currit. Oppoſitum ei⁹ eſt hoc/nihil q̄ eſt homo currit/vel nullum animal currit.

¶Sequitur de diſiunctiuis.

¶Prima regula eſt hec. Si vna pars diſiūctiue ſit vera/tota diſiunctiua eſt vera/et ſi ambe partes ſint falſe/ illa diſiūctiua eſt falſa.vt vos eſtis aſinus vel vos eſtis capra.¶Alia regula eſt hec:arguendo a parte diſiūctiue ad totam diſiunctiuā eſt cōſequentia bona:vt homo currit:ergo hō currit/vel aſinus ſedet.Alia regula eſt iſta.a tota diſiunctiua ad alteram ei⁹ partem non valet conſequentia de forma. vt vos currit⁹ vel vos ſedetis/ ergo vos currit⁹.Sed quinq; modis tenet gratia terminoum.

De disiunctiuis ⁊ Conditionalibus.

¶ Primo modo quando est aliqua disiunctiua facta ex parte inferioꝛi/et ex parte superioꝛi. tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem superioꝛem est ꝓsequẽtia bona: vt vos estis homo vel vos estis animal: ergo vos estis aial. ¶ Scõo mõ qñ disiunctiua fit ex parte contingenti et ex parte necessaria. tũc arguendo a tota disiunctiua ad partẽ necessariã ꝓña bona vt vos curritis. vel deus est ergo deus est. ¶ Tertio modo quando disiunctiua fit ex parte impossibili. et ex parte possibili. tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem possibilem est consequentia bona: vt vos sedetis / vel vos estis asinus ergo vos sedetis. ¶ Quarto modo quando disiunctiua est facta ex terminis conuertibilibus: tunc est consequentia bona: vt vos estis risibilis/vel vos estis homo: ergo vos estis risibilis.

¶ Quinto modo qñ disiunctiua fit ex duabus partibus: quarũ vna non potest ee vera nisi altera sit vera: tunc arguendo a tota disiunctiua ad illam partẽ sine q̃ altera non potest esse vera est consequẽtia bona vt vos estis mouens /vl vos estis currens. ergo vos estis mouens.

¶ Alia regula est hec. arguendo a tota disiũctiua/ad alteram eius partem cũ opposito vnius partis: ita q̃ oppositum consequẽtis nõ sumitur in minore est consequentia bona. vt vos estis hõ vel vos estis asinus. sed vos non estis homo: ergo vos estis asinus.

¶ Item ille terminus vel potest tenere disiunctiue vel disiũctim tenetur disiunctiue qñ distingit inter propositiones: vt vos estis homo: vel vos estis animal. ⁊ tenetur diiunctim quãdo ponitur inter propositionem et terminum. et tunc ẽ distinguenda pences sensum compositum et sensum diuisum. Sensus compositus est quando subiectum in prima propositione est subiectũ in ~~prima ꝓpositione et S. vel P. currit.~~ Sensus diuisus est quando predicatum in prima propositione ẽ predicatũ in secunda propositione. vt. S. currit. vel. P. currit. ¶ Et iciendum est q̃ contradictorum diiunctiue est vna copula facta ex oppositis partium illius disiunctiue: vt vos curritis/vel vos mouemini: oppositum eius est hoc. vos non curritis et vos mouemini.

De conditionalibus.

¶ Prima regula est hec. conditionalis dicitur bona qñ ꝓñs formaliter intelligit in ãte: vt ista est bona si vos curritis vos mouemini. ¶ Alia regula ẽ illa. Ois conditionalis bona cuertitur cũ ꝓña que est bona ⁊ est necessaria: vt ista est bona et necessaria. Si hõ currit: aial currit. quia conuertitur cũ hac ꝓña que est bona. s. homo currit ergo aial currit / et o3 conditionalis que non valet conuerti cũ ꝓña q̃ non valet: et est impossibilis. vt hec si deꝰ est hõ est leo. ¶ Alia regula est ista. Ois conditionalis bona conuertitur cũ ꝓsequẽtia que est bona que cõuertitur cũ ista ꝓña deus est. ergo hõ est leo que non valet ⁊ sine termino relatiuo immediate sequente hanc conditionem si. tantũ valet sicut consequentia facta ex antecedente et consequente eiusdem conditionalis: vt si vos curritis vos mouemini. tantum valet ista. vos curritis ergo vos mouemini. Sed si terminus relatiuus immediate sequatur si. tunc consequentia non valet tantum sicut consequentia facta ex antecedente et consequente. vt aliqua ꝓpositio est. et si illa sit vera. tu es asinus.

¶ Alia regula est ista. ad cognoscendũ quando consequens formaliter intelligitur in antecedente fiat vna consequentia ex antecedẽte ⁊ consequente conditionalis: ⁊ si ꝓña facta sit bona ⁊ formalis tũc in conditionali consequens erat intellectum in antecedente.

¶ Alia regula est ista. oppositus conditionalis debet dari per negationem prepositã toti. Ut oppositũ istius. Si sortes currit. P. currit est hoc. non si. ortes currit. P. currit que formaliter repugnant. Et tunc illud equipollet vne copulatiue facte ex antecedente conditionalis ⁊ contradicto ꝓsequẽtis

De regulis omissis.

vt ista. Non si vos estis homo vos estis animal. equiualet huic vos estis homo licet vos non estis animal.

¶Alia regula est ista. a tota conditionali cū suo antecedente ad consequens eiusdem est ꝓba bona/vt si ego sum homo ego sum animal sed ego sum homo ergo ego sum animal.

¶Alia regula est. a tota cōditionali cū oppositō consequens ad oppositum antecedentis est consequētia bona: vt si tu curris tu sedes sed tu non sedes ergo tu non curris. Et nota q̄ antecedens in conditionali est illud qō immediate sequitur hanc notam si. siue sit prius siue sit posterius: prius vt si homo currit: animal currit. posterius. vt animal mouetur si homo currit.

¶Alia regula est ista. quedam est cōditioualis bona ⁊ simpliciter. ⁊ quedā est conditionalis bona vt nunc. Cōditionalis bona vt nūc est cuius antecedens nō potest iā esse verū: vt si vos estis londonijs vos estis homo. Bona simpliciter est talis cuius antecedens non modo potest esse verum nisi consequens fuerit verum. vt si tu es homo tu es animal.

De regulis omissis.

¶Prima regula est hec. subiectis et copulis existentibus eisdem et predicatis variatis secundum sub et supra/ sine negatione sine distributione et sine aliqua dictione habente vim negationis vel distributiōis est consequentia bona. Sub. idem est q̄ inferius. Supra idem est quod superius Unde ista consequentia est bona. Sortes fuit albus heri: ergo sortes fuit albus. quia iste terminus albus heri est inferius ad istum terminum albus: per regulā omne se habens per modum oppositionis. ꝛc.

¶Alia regula. vbi in aliqua consequentia sunt plures premisse si ex oppositio consequentis cum altera premissarū sequitur oppositum alterius premisse/ tunc est consequentia bona. Ut omnis homo currit. tu es homo ergo tu curris. quia ex opposito consequentis cum minore sequitur opositum maioris. q̄ sequitur tu non curris ⁊ tu es homo: ergo aliquid quod est homo non currit. Similiter ex opposito consequentis cum maiore sequitur oppositum minoris: q̄ sequitur tu non curris: et omnis homo currit. ergo tu non es homo.

¶Alia regula est. quādo subiecta aliquarum propositionum sunt eadem vel conuertibilia. et copule sunt eadem. et predicata conuertuntur et propositiones sunt eiusdem qualitatis et quantitatis/ et termini p̄cise p eisdem supponunt. est consequentia bona tanq̄ ab vno conuertibili ad reliquū vt ista consequentia est bona. Sortes est homo: ergo sortes est animal rationale et mortale. Sed ista consequentia non valet. Quilibet homo est masculꝰ ḡois hō est masculus. q̄ termini precise pro eisdem non supponūt. ¶Nota q̄ termini dicūtur conuertibiles q̄n mutuo se inferunt respectu eiusdemq̄ verbi.

¶Alia regula est De qualibet re singulari in mūdo dicit alterū ꝓtradictoriorū incōplexorū et nulla de re dicuntur ambo quia nulla res est in mundo que simul est homo et non homo. Cōtradictoria complexe sunt propositiones contradicentes. vt quidam homo currit/ ⁊ nullus homo currit. Et contradictoria incomplexa sunt termini contradicentes: vt homo non homo. Unde de qualibet re in mundo dicitur vnum istorū incomplexorū / et de nulla re dicitur ambo. scilicet homo ⁊ non homo. quia omnis res in mundo aut est homo aut nō homo. Et de nulla re dicitur ambo: quia nulla res est in mundo que simul est homo et non homo.

De regulis omissis.

¶ Alia regula est ista. In omni consequentia bona & formali qñ arguitur ab inferiori ad suū superiꝰ. tūc ad aliquatē ꝓntis sequit aliquitas antiꝯ: vt hō currit: ergo aial currit. vñ bñ sequit. aliud ab aiali currit. ergo aliud ab hoie currit. ¶ Sed ꝓtra istā regulā arguit sic. Ista ꝓña est bona hō est hō: ḡ hō est aial. & tñ nō sequitur ecōtra aliud ab hoie est aial: ergo aliud ab homine est homo. ¶ Ad hoc dicendum est q̄ ille terminus aliud in antecedente debet immediate precedere terminū inferiorem et superiorem: sed sic non est in ꝓposito ideo non arguitur secundum regulam.

Obiectio.

Responsio.

¶ Alia regula est ista. ad quācūq; ꝓpōnem veram sequitur suū dictū fore verū oē enī dictū ꝓpōnis debet dari vertendo nominatiuū in actiū et verbū indicatiuum in verbum infinitiuum vel ꝓponendo istam cōiunctionem q. toti. Unde sequitur deus est est verum. ergo deū esse est verum vel q̄ deus est. est verum.

¶ Alia regula est. In singularibus non refert ꝓponere vel postponere negationem ad dandū contradictorium. Ut sortes currit. contradictorium eius est hoc. non sortes currit. vel sortes non currit.

¶ Alia regula est ista. Ab affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuam de predicato finito est ꝓña bona. vt vos estis non asinus. ergo vos nō estis asinus. ¶ Sꝫ ista regula hꝫ intelligi in terminis rectis cū verbis de p̄ñti non ampliatiuo cū verbo substantiuo & non adiectiuo: vt sequitur formaliter. tu es nō hō: ḡ tu non es hō. Sed non tenet in verbis adiectiuis: vt tu amas nō hoiem: ergo tu non amas hoiem. Exemplū de ꝓterito vt tu fuisti non iustus: ḡ tu non fuisti iustus. q̄ añs pōt esse verum et ꝓña fallūm posito q̄ in aliq̄ tpe fuisti iustus. & in aliquo tpe non. tūc añs est verū & ꝓña falsū q̄ nō fuisti iustus. quia eq̄ valet huic in nullo tpe ante hoc fuisti iustus. Nec cum verbo de futuro propter eādm rationem. Exemplum in terminis relatiuis. Ut non sequitur. Sortes est nō pater: ergo sortes non est pater.

¶ Alia regula est ista. A negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito cū ꝓpātia subiecti est ꝓña bona. Ut tu nō es albus/et tu es/ergo tu non es albus. In plurali numero nō valet nec in obliq̄s vt in ista domo tu non es hō: et tu es: ergo in illa domo tu es non hoīo.

¶ Alia regula est ab affirmatiua de predicato ꝓpriato ad negatiuam de predicato finito est consequentia bona. Ut tu es iniustus: ḡ tu non es iustus.

¶ Alia regula. Nomina & verba transpositā idem significāt. vt hō est aial: ergo animal est hō. ¶ Sꝫ ꝓtra istā regulā arguitur sic. Si illa sit ꝓña sequitur q̄ ista ꝓña est bona. Omis hō est aial: ergo oē aial est hō: & tñ ꝓña est falsū: ergo. &c. Huic ōr q̄ ꝑtis dicti eandem rē sigt in vna ꝓpōne sicut in alia non tñ ꝓpōnes eodem modo significant. q̄ in transmutatione terminorū multa variantur significationes propositionum.

¶ Alia regula est a diuisis ad coniuncta raro tenet ꝓña. vt tu es bonus/et tu es carpentarius: ergo tu es bonus carpentarius.

¶ Alia regula est ista. Omnis ꝓpō vera de ꝓterito non est vniuersalis de simplici subiecto et de simplici predicato / cuius veritas non dependet a futuro. est necessaria/vt tu fuisti.

¶ Alia regula est ista. Omnis ꝓpō vera de ꝓterito

rel̄inquit vnam veram de presenti. Ut ū hec sit vera: tu sedisti/aliquando erit verum dicere tu sedes. Eodem modo de futuro: vt si hec sit vera tu sedebis: aliquando erit verum dicere tu sedes.

¶ Alia regula. Quādo arguitur ab inferiori ad superius a parte predicati cū hoc verbo incipit vel desinit prepōsito non valet p̄na ſz aliquando tenet gratia terminorū substantialibus: vt sortes incipit esse homo: ergo sortes incipit esse animal. Sed non sequitur vos incipitis videre hoiem: ḡ vos incipitis videre aial: q̄ hoc predicatū incipiens videre aial est terminus accidentalis et similiter incipiens videre hoiem. Sed ab inferiori ad suū superi⁹ a parte subiecti cū hoc verbo incipit vt desinit postposito. est p̄na bona vt homo incipit currere: ergo animal incipit currere.

¶ Alia regula est ista. In necessarijs nō refert annū ciare vniuersaliter. Ut homo est animal: ergo omnis homo est animal. Et econtra. omnis homo est animal: ergo homo est animal.

¶ De suppositionibus.

QVoniam ignorantes suppositiones terminorum veritates ꝓpositionum latent. Ideo circa suppositiones plura oportet scire. Primo quid sit suppositio. Secundo qui termini supponunt: et qui non. Tertio vbi supponunt: et vbi non. ¶ Et sciēdū est q̄ nullus terminus extra orationē pōt supponere sed solū in oratione: vt ille terminus homo extra orationem non supponit. sed solum in oratione. vt homo currit.

De tertio.

De secundo.

¶ Et sciendum est q̄ nullus terminus supponit nisi subiectū et predicatū signū vniuersale non supponit: sed facit subiectum et predicatum supponere: ⁊ sic facit ista dictio non: et alie negationes. ⁊ differt aliud non idem comparatiuus grauis superlatiuus et termini modales.

¶ Et sciendū est. q̄ nulla pars extremi supponit: sed toti extremo detur suppositio. Suppositio est quedam proprietas extremi ad extremum secundum q̄ vnum extremum ordinatur ad aliud. Uel est significatio termini cathegoreumatici positi in oratione. Uel suppositio est virtus et proprietas in termino cathegoreumatico posito in oratione. ⁊ sunt termini cathegoreumatici omnia nomina aliquid per se significantia: vt homo /lignū/lapis/et similia. ¶ Et extrema in propositione sunt subiectum et predicatum.

De primo.

¶ Terminus syncategoreumaticus est ille qui per se positus nihil significat: vt dictiones negatiue/signa vniuersalia/et aduerbia numeralia: vt semel /bis/ter/quater. ¶ Item arguendo ab inferiori ad suum superius in partibus extremorum non valet p̄na. et arguitur ab inferiori ad suum superius in partibus extremorum q̄n vna pars in antecedente est inferi⁹ ad aliā partē in p̄nte: et non totum subiectum in aīte est inferius ad totū subiectum in p̄nte: vt sortes albus currit: ergo. p. color⁹ currit.

¶ Nota q̄ suppositio est dupler: sc̄z propria et impropria. Suppositio impropria est q̄n dictio sig̃t aliꝫ coīs vſu loquendi q̄ ex primaria institutione: vt anglia pugna/bibe cyphū. ¶ Suppositio propria est q̄n terminꝰ supponit pro illa re in propositione q̄ significat extra propositionē et dicitur triplex. sc̄z materialis/simplex/personalis. ¶ Suppositio materialis est q̄n dictio supponit pro sola voce et non pro suo significato: vt amo est verbū /ego est ꝓnomē. ¶ Suppositio simplex est q̄n terminꝰ cois supponit p̄ quadam natura communi vel quodam conceptu in anima per quem comprehendimus rem extra animam vt homo est species: animal est genus: ¶ Suppositio personalis est quando ter-

minus supponit pro suo significato: vt homo est animal. ¶ Suppositio personalis dicitur dupliciter. scz discreta et communis. ¶ Discreta est quando terminus discretus supponit per se: vel pronomen demonstratiuum: vt sortes currit vel iste currit. Et illa dicitur dupliciter. scz discreta simplex: et discreta composita. ¶ Suppositio discreta simplex est in termino discreto simplici: vt in hoc termino S. vt hic sortes currit/plato currit. ¶ Suppositio discreta composita est proprietas in termino discreto composito: vt hic sortes albus currit. ¶ Suppositio communis est quando terminus cōmunis supponit. Et dicitur dupliciter: scilicet suppositio determinata et suppositio confusa. ¶ Suppositio determinata est quando terminus communis supponit pro suis suppositis scilicet inferioribus ad qō libet eorum contingit descendere distunctiue: et non copulatiue / vt quidā homo currit: ergo ille vel illa: vel ille vel illa/et sic de singulis. ¶ Suppositio confusa dicitur dupliciter. scilicet confusa et distributiua: ꝛ confusa tantum. ¶ Confusa ꝛ distributiua est quando terminus communis supponit pro suis suppositis et ad quodlibet eorum contingit descendere copulatiue. vt omnis homo currit: ergo ille et illa ꝛ sic de singulis.

¶ Et sciendum ꝙ terminus syncategorematicus affirmatiuus siue signū vniuersale affirmatiuum facit terminum immediate sequentem stare confuse et distributiue et omnis terminus communis mediate sequens signum cathegorematicū: siue signum vniuersale affirmatiuum: stat ꝑfuse tm̄. ¶ Suppositio confusa tantū est qñ terminus supponit pro suis suppositis ꝛ non potest descendere ad ea nec copulatiue/nec disiunctiue: et sic stat predicatū huius propositionis omnis homo currit: ergo omnis homo est hoc currens. nec hoc currens vel hoc est sic de singulis.

Suppositio diuiditur sic.



¶ Et sciendū ꝙ syncategorematica sunt dictiones numerum vel multitudinem significantes: vt signa vniuersalia: et aduerbia numeralia vt semel bis/ter/quater. Unde in illa ꝓpositione bis comedi panem: iste termin⁹ panē stat confuse tm̄: qr non conuenit descendere ad sua singularia nec copulatiue nec disiunctiue: qr non sequitur bis comedi panem / ergo bis comedi istum et illum et sic de singulis. Sed in ista ꝓpositione bis panem comedi. ly panem stat confuse et distributiue: qr immediate sequitur signum syncathegorematicum et sic propositio est falsa. quia sequitur bis panē comedi. ergo bis istum panem comedi: et istum et sic de singulis.

¶ Alia regula est ista. Quando duo paria officialia cadunt sup vnū terminū cōmunē quoꝝ vtrūq; hz vim confundendi terminū tunc ille terminus stabit cōfuse tm̄ vel determinate: vt vos differtis ab omni homine ly homine stat confuse tm̄. ¶ Alia regula est ista. terminus cōmunis vel discret⁹ supponens verbum de ꝑti non ampliatiuo a ꝑte subiecti supponit solūmō pro istis q̄ sūt: vt ille homo currit. sic supponit homo qui est currit. ¶ Itē termin⁹ cois vel discretus supponens ꝟbo de preterito a parte subiecti si nō distribuatur supponit disiunctiue pro illo qō est: vel pro illo qō fuit. vt homo fuit rome. supponit hō qui est fuit rome: vel hō qui fuit fuit rome: ꝛ si distribuatur supponit copulati

ne pro illo qđ est: et p illo quod fuit. vt ois homo fuit rome. sic supponit. ois homo qui est fuit rome: ꝛ ois homo q̄ fuit fuit rome. ¶ Itē terminus cois vel discretus supponens verbo de futuro a parte subiecti si non distribuatur supponit disiūctiue p illo qđ est: vel pro illo qđ erit. vt homo erit rome sic supponit hō qui est erit rome/vl homo qui erit erit rome. ꝛ si distribuatur supponit copulatiue pro illo qđ est ꝛ pro illo quod erit. vt omnis homo erit rome: sic supponit omnis homo qui est erit rome et omnis homo qui erit erit rome.

¶ Item terminus cois supponēs huic verbo potest a parte subiecti si non distribuatur supponit disiūctiue: p illo qđ est vl pro illo qđ potest esse: vt aliquis hō potest esse rome. sic supponit. aliquis homo qui est potest esse rome: vel alīs hō qui pōt esse potest esse rome. ꝛ si distribuatur supponit copulatiue: vt omnis homo potest esse potest esse rome. Et sic dicendum est de istis verbis incipit et desinit. ¶ Et notandū q̄ verba ampliatiua sunt omnia verba de p̄terito et futuro: sed maxime ista verba incipit/desinit/potest et apparet. Et verbum ampliatiuum est illud quod ponitur in aliqua propositione vera et affirmatiua in qua predicatum predicatur de subiecto significante rem non exītem vel exītem. Exemplū de termino significante rem non exītem. vt antixp̄s pōt predicare. Exemplū de termino significāte rē exītez. vt hō potest currere. ¶ Terminꝰ cois supponens a parte subiecti si non distribuatur supponit respectu verbi ampliati pro illis que sunt ꝛ p quibus verbum ampliat disiunctiue: et si distribuat tunc supponit pro illis qui sunt ꝛ p quibus verbum ampliat copulatiue.

¶ Nota q̄ in omni vniuersali affirmatiua subiectū supponit confuse et distributiue. et predicatum confuse tantum. Ut omnis homo est animal. ¶ Item in omni vniuersali negatiua. tam subiectum q̄ predicatum supponunt confuse et distributiue. vt nullus homo currit: ergo nec ille nec illa: et sic de singulis. ¶ Et nota etiam. q̄ sicut hec dictio ꝛ est copulatiua in affirmatiuis: ita hec dictio nec est copulatiua in negatiuis. ¶ Item in omni particulari affirmatiua tam subiectum q̄ predicatum supponit determinate: vt quidam homo est animal: ergo ille homo est animal vel ille ꝛ sic de singulis. ¶ Item in omni particulari negatiua subiectum supponit determinate: et predicatum confuse ꝛ distributiue. Unde sequitur quidam homo non est animal: ergo quidā homo non est hoc animal nec hoc et sic de singulis. ¶ Item in indefinita tam affirmatiua q̄ negatiua subiecta et predicata supponunt sicut in particulari affirmatiua. ꝛ in particulari negatiua.

¶ Item in omni singulari affirmatiua si predicatū sit terminus discretus vel pronomen demonstratiuum tam subiectum q̄ predicatum supponunt discrete: sed si predicatum fuerit terminus communis / tunc stat determinate et subiectū discrete. vnde sequitur. wilhelmus est animal: ergo wilhelmus est hoc animal: vel hoc/et sic de singulis. ¶ Item in omni singulari negatiua et predicatum sit terminus communis subiectum supponit discrete/et predicatum confuse et distributiue: vt wilhelmus nō est homo. sed si predicatum sit terminus discretus: tunc discrete supponit.

A subiec. con. dis. pre. con. tantum stare debet.
E subiec. et pre. stant confu. distributiue.
O subiec. deter. pre con. stat distributiue.
I subiec. et pre: tibi stant determinate.
Sin sub supponit semper discrete. q̄. deter.
Pre. si commune. si non discre. teneatur.
Sin. ne commune. pre. confu. distributiue
Si sit discretus discrete semper habetur.

¶ A significat vniuersalem affirmatiuā. E vniuersalem negatiuā. I particularē affirmatiuā. O particularē negatiuā. Sin. i. singularē affirmatiuā. Sin. ne. i. sin

¶ De resolubilibus.

gularē negatiuam. Subiec. i. subiectum. Con. dis. i. confuse ⁊ distributiue. Pre. i. predicatum. de. i. determinate. con. i. confuse tantum.

SEquitur de dictionibus que habent vim cōsignificandi terminos/et tales sunt multe sc̄z oīa signa vniuersalia: ⁊ ista dictio non. ⁊ hoc verbū differt/aliud ⁊ nō idem: et hec dictio sicut: cōparatiuꝰ superlatiuus dictiones excluſiue et exceptiue signa modalia incipit/desinit/et omnes dictiones habentes vim negationis.

¶ Cōfundere terminū ē dupliciter: sc̄z mobiliter ⁊ immobiliter. Confundere terminum mobiliter est facere terminū stare cōfuse et distributiue: sic q̄ conuenit eū descendere ad sua singularia copulatiue: et sic supponit subiectū huius ꝓpositionis omis homo currit. virtute istius signi omnis: q̄ sequitur omnis homo currit: ergo ille homo currit et ille et illa et sic de singulis. Similiꝫ differtis ab homine: ille est hō ergo vos differtis ab isto hoie: q̄ a termino stante cōfuse ⁊ distributiue ad aliquod eius suppositum cum debito medio est consequentia bona ⁊ cōfundere terminū immobiliter est facere terminū stare cōfuse tm̄ sic q̄ non cōuenit eum descendere ad sua singularia nec copulatiue nec disiūctiue: et sic supponit predicatum istius propositionis. omnis homo est animal: et sic non sequitur omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal: et hoc neq; hoc vel hoc et sic de singulis.

¶ Et nota q̄ q̄n aliquis terminus supponit confuse et distributiue ratione alicuiꝰ dictionis dēpta dictione virtute cuius sic supponit: tūc stabit determinate. Et est stare determinate q̄n terminus sic supponit: et pōt descendere ad sua suppposita disiūctiue. vt homo currit: ergo ille vel illa: et sic de singulis.

¶ Alia regula est ista. a termino stante immobiliter ad terminū stantem mobiliter non valet consequentia: vt vos differtis ab omni homine: ergo vos differtis ab homine.

¶ Alia regula est ista. ab inferiori ad suum superius cū aliqua istarū dictionū immediate precedentiū terminū inferiorem ⁊ superiorem non valet p̄ña: vt vos differtis ab illo homine: ergo vos differtis ab homine Sed a superiori ad suū inferius cū substātia subiecti et est p̄ña bona: vt vos differtis ab hoie: ille est homo: ergo vos differtis ad isto homine.

¶ Alia regula est ista. ꝺequid immobiliter mobiliter tū mobiliter immobiliter tū. i. q̄n aliquis terminus per suam appositionem facit terminū stare determinate vl̄ confuse tm̄: qui primus stetit confuse et distributiue. ⁊ tūc ille terminꝰ p̄ꝺ suā remotionem facit eum stare cōfuse ⁊ distributiue/vt in ista ꝓpositione non omnis hō currit. iste terminus homo per suam suppositionē supponit determinate. ꝓpter istum terminum non. et si remouetur iste terminus non: tunc supponit confuse et distributiue et sic de consimilibus terminis.

¶ De resolutionibus.

TErminꝰ in quē resoluitur ꝓpositio vt in subiectum et predicatum et de qua predicatur expositio vel diuisio esse vel non esse.

¶ Terminus est illud in qō diuiditur propositio vt in subiectū et predicatū siue ꝓpositio sit affirmatiua siue negatiua: et sic subiectum et predicatū dicūtur termini ⁊ copula. Nam predicatum dupliciter accipitur. Uno modo pro toto illo qō predicatur de subiecto: et sic verbū est predicatum vl̄ pars predicati. Alio modo ꝓ toto illo qō specificat copulam: et sic dicitur predicatum nominatiuus apponens vt ait Boetius in primo topicoꝝ cap. ij. Terminos aūt voco nomina ⁊ ꝙba: ex quibus propositio annectitur.

De resolubilibus.

Duplex est terminus.

¶ Duplex est terminus. Mediatus ⁊ immediatus.

¶ Terminus mediatus est ille termin⁹ q̄ habet aliquod mediū per quod pōt p̄bari. s. terminū superiorē et inferiorē. Terminus immediatus est ille termin⁹ q̄ non habet aliquod mediū per qō potest p̄bari. Et hoc dupliciter. ¶ Primo mō dr terminus immediatus qr non habet mediū inferius per quod potest probari ⁊ sic sunt oīa pronoia demonstratiua in singulari nūero: et oēs termini discreti ⁊ discrete tenti. ⁊ aduerbia numeralia. Item aliq̄n terminus discretus potest impropie resolui. vt robertus sedet: hoc sedet et hoc est robertus: ergo robertus sedet. Sed ꝓnomen non potest resolui. neq; ꝓprie neq; impropie: qr pronomen est simplicius nomine/eo q̄ significat substantiā meram ⁊ nō substantiā cū qualitate. Alio modo dr terminus immediatus qr nō hz mediū superi⁹ per qō pōt ꝓbari. Et illo mō verba substantiua sunt termini immediati qr non habēt mediū superius per quē ꝓssunt ꝓbari: vt sum/es/fui. Unde ois ꝓpositio in qua oēs termini sunt immediati: dr propositio immediata que debet probari per sensum vl per intellectum. vt ille homo est fortes: sic probatur: ego scio vl intelligo q̄ ille homo est fortes: ergo ille homo est fortes.

Terminus mediat⁹ ē triplex.

¶ Terminus mediatus est triplex. scz aliquis est resolubilis/aliquis exponibilis: ⁊ aliquis officialis.

¶ Terminus resolubilis est omnis terminus supponens determinate q̄e sūt nomina appellatiua et nomina adiectiua in neutro genere substātiata ⁊ ois propositio cui⁹ prim⁹ terminus mediat⁹ est terminus resolubilis dr propositio resolubilis: q̄ hz resolui per duas resoluentes: isto modo demat⁹ terminus resolubilis et in loco eius ponatur hoc ꝓnomē demōstratiuū hoc oib⁹ aliis manentibus salua congruitate et sic habebit⁹ prima resoluens. In scda resoluente hoc ꝓnomē demōstratiuū hoc erit subiectū ꝓnonomū cū priori subiecto. i. cū simile in voce ⁊ significatione ⁊ predicatū erit terminus resolubilis: et copula erit hoc verbū sum es/fui. cū verbo proportionabili. Exemplum homo sedet: sic resolvitur. hoc sedet. et hoc est hō: ergo homo sedet. sic de similibus. Et additur in ista regula cū verbo ꝓportionabili. qr si verbū sit ampliatiuū debet addere ipsum verbū cū distinctione ad hoc verbū sū/es/fui. Et si verbū sit de preterito/dicendū est in secunda resoluente est vl fuit vt homo currit: sic resolvitur hoc cucurrit ⁊ hoc est vl fuit hō: et si verbū sit de futuro: tūc dicendū est in secunda resoluente est vel erit: vt asin⁹ curret sic resolvitur. hoc curret: et hoc est vl erit asin⁹. Sed si verbū ꝑncipale sit hoc ꝙ verbū potest vel aliquod verbū qō ampliat in scda resoluente: ꝓprīū ampliatiuum debet addi ad hoc verbū sum/es/fui. cū distinctiōe: vt hō clauꝰ pōt ambulare. sic resolvitur. hoc potest ambulare: et hoc est vel potest esse homo clauꝰ. homo mortuus potest celebrare missam: sic resolvitur: homo potest celebrare missam et hoc est. vel potest homo mortuus. hora incipit esse sic resolvitur. hoc incipit esse: ⁊ hoc est vel incipit esse hora.

¶ Obseruetur hec regula siue terminus resolubilis

ponatur a parte subiecti vel a parte predicati dūmō nullus termin⁹ ali⁹ distribuatur a termino resolubili: nā si termin⁹ distribuatur a termino resolubili tūc additur signū vniuersale ad terminū distributuū i scēda resoluēte a parte subiecti: ⁊ termin⁹ resolubilis erit predicatum: et hoc est cā vt termin⁹ eodem modo supponat in secunda resoluente sicut in resoluto vt differens a currēte erit fortes: sic resolvitur hoc erit. S. et hoc oīi currente est vel erit differens. Similiter aliud ab ēo potest esse iste homo. sic resolvitur. hoc potest esse ille homo. et hoc ab omni ēo est vel potest esse aliud.

De exponibilibus.

De exponibilibus.

Termini exponibiles sunt isti. Dia signa vniuersalia/dictiones exclusiue & exceptiue: termini modales/vt possibile/impossibile/contingens/& necessarium. Differt aliud non idem/positiuus/comparatiuus/superlatiuus gradus. et aduerbia numeralia: vt semel/bis/ter/quater. Incipit/desinit: infinitum inquantum/et immediate et multa alia de quibus per ordinem est dicendum.

¶ Vniuersalis affirmatiua exponitur per duas exponentes. Prima exponens vniuersalis erit sua subalterna. Secūda erit vniuersalis negatiua de consimili subiecto & pradictorio p̄dicato vel et equalēte: vt ista omis hō currit: sic exponitur aliqd qō est hō currit. & nihil est homo quin ille vel illa currit. vel sic: et nemo est non currens. vt sic: nihil est hō q̄ vel q̄ non currit. In secūda exponēte relatiuum debet poni immediate post terminum distributiuum in eodem casu genere et numero cum termino distributo/et verbum relatiui debet negari. vt in exemplo priori. et obseruatur eadem regula in secunda exponente que data fuit in secunda resoluente. de verbo ampliatiuo. scilicet qualiter debet ampliari. Regula notanda

¶ Sed q̄ vniuersalis multipliciter variatur. Nā aliqua est vniuersalis in recto/aliqua in obliquo: alia de simplici subiecto/alia de simplici predicato: & alia de dislūcto subiecto: & alia de copulato subiecto. ideo ponitur exemplū p̄mo de vniuersali in recto: vt ois homo currit. q̄ pus exposita est Exemplū in obliquo et hoc dupliciter. vt q̄ rectus precedit obliquum quem regit vel econtra. Si rectus precedat obliquum quem regit: tunc vterq; terminus distribuitur/et vterq; terminus erit subiectum in vniuersali negatiua/vt hic. q̄libet singularis alicuius vniuersalis est vera. sic exponitur. aliqua singularis alicuius vniuersalis est vera: et nulla est singularis alicuius vniuersalis quin illa ē vera. Et si obliquus non regitur a recto: tunc rectus distribuitur et obliquus non Vel si obliquus precedit rectū vt obliquꝰ distribuitur et rectus nō. tunc terminus distributus ponitur a parte subiecti in scōa exponente. et terminus non distributus vel supponens confuse tm̄ ponatur a parte relatiui. Exemplū primū: vt omis hō hoiem diligit. sic exponitur. hō hoiem diligit. et nihil est homo quin ille vel illa hominem diligit. Exemplū scōi: cuiusl̄bet hois asinus currit: sic exponitur aliquis hois. asinꝰ currit: & nihil est hō quin asinꝰ currit. Exemplū de vniuersali de copulato subiecto: vt omnis hō et asinus currunt: sic exponitur. homo & asinꝰ currunt: et nulla sunt homo et asinus que non currunt. Exemplum de disiuncto subiecto. vt omnis propositio vel eius contrarium est verum. sic exponitur. Aliqua propositio vel eius contrariū est verum. et nulla propositio vt eius contrarium quin illud est verum. Vniuersalis multipliciter variatur.

¶ Pro quo notādum est q̄ omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua subiectum est disiunctum ex duobus terminis est distinguenda penes hoc q̄ totum disiunctum distribuatur. vel prima pars disiuncti. Nam secundum distributionem diuersam illa propositio diuersimode habet exponi: quia relatiuum debet immediate sequi terminum distributum: vt prius dictum est. Exemplum: vt omnis homo vel asinus est asinus. Si totum disiunctum distribuatur/sic habet exponi: homo vel asinus est asinus: et nihil est homo vt̄ asinus quod non est asinus. ergo omnis homo vel asinus est asinus. et sic est falsa.

¶ Si prima pars disiuncti distribuatur sic exponitur. homo vel asinus est asinꝰ & nihil est homo quin ille vel asinus est asinus. et sic illa propositio est vera. & sic conformiter dicendum est de similibus. Exemplum quando relatiuum in vniuersali ponitur a parte subiecti: vt omne quod erit est: sic exponitur aliquid quod erit est. et nihil est qō erit quin illud est.

¶.j.

De excluſiuis et exceptiuis.

¶ Omne qđ fuit eſt: ſic exponitur. Aliquod quod fuit eſt. ⁊ nihil eſt qđ fuit ḋn illud eſt. ¶ Ois hō q̄ prius fuit eſt: ſic exponitur. hō q̄ prius fuit eſt: et nihil eſt hō qui prius fuit quin ille eſt. Exemplū qñ relatiuum ponit a parte predicati. Ois propō eſt vera cuius cōtrariū eſt falſū: ſic exponitur. Aliqua propoſitio eſt vera cuius contrariū eſt falſum. et nulla eſt propō que non eſt vera cuius contrarium eſt falſum.

¶ Nota q̄ quando relatiuum ponitur in vniuerſali affirmatiua a parte ſubiecti: tūc relatiuū cū verbo erit diſtributū: vt ois hō qui eſt albus currit. vbi hoc totum homo qui eſt albus diſtribuitur.

¶ Et nota q̄ vniuerſalis affirmatiua in qua relatiuum ponitur a parte predicati equiualet vni copulatiue facte ex eiſdem terminis: ſic q̄ antecedens relatiui diſtributum ponatur in loco relatum. vt omnis homo eſt pater qui habet filium equiualet huic. omnis homo eſt pater. et omnis homo habet filium.

¶ Exemplum vbi hoc verbum poteſt eſt principale verbū: vt omne animal poteſt currere. ſic exponitur: aliquod animal poteſt currere: et nullum eſt animal vel poteſt eſſe animal qđ non poteſt currere.

¶ Exemplum vbi hoc verbum incipit eſt principale verbū: vt ois hō incipit eſſe: aliq̄d qđ eſt homo incipit eſſe et nihil eſt homo vel incipit eſſe hō q̄ vl q̄ non incipit eſſe. et ſimiliter cū hoc verbo deſinit.

De excluſiuis.

Excluſiua exponitur per duas exponentes. Prima exponens erit preiacens excluſiue.

¶ Secunda erit vniuerſalis de ſubiecto ⁊ qualitate oppoſitis ſubiecto. ⁊ qualitati preiacentis: vt tm̄ hō non currit: ſic exponitur: hō non currit ſz quodlibet nō hō currit. Sed notandum eſt q̄ in hac propoſitione tm̄ non omnis homo currit. iſte terminus non poteſt teneri infinite vl negatiue. Si negatiue ſic debet exponi. homo non currit: ſed quodlibet non homo currit. Sed tenendo non infinite ſic debet exponi. ens nō ois hō currit. et nihil non ens non ois hō currit. vel nihil qđ eſt non omnis homo currit.

¶ Item ille terminus non tenet ſolum infinite quādo cadit ſup̄ predicatum propoſitionis: vt ſortes eſt non homo. ⁊ iſta dictio non ſolum negatiue tenetur qñ immediate precedit verbum principale. ꝓpōis. vel quando totam precedit propoſitionem. ſ. ⁊ ſubiectum et ſignū: vt hic non omnis homo currit. ſed iſta dictio non poſita inter ſignū et ſubiectū vl inter partes ſubiecti poteſt indifferenter ſumi. ſcilicet vel negatiue vl infinite: vt hic tm̄ non ois homo currit.

De exceptiuis.

¶ Exceptiua exponitur per duas exponētes. In prima exponente pars extracapta erit ſubiectum cum predicato exceptiue ⁊ copula erit oppoſite qualitatis ad exceptiuā vel ſi exceptiua ſit affirmatiua negetur eius predicatum de parte extracapta. et ſic habebit eius prima exponens. Secūda exponēs erit preiacens exceptiue cū oppoſito partis extracapte. ꝓ qua habenda nihil aliud fiat niſi mutet dictio exceptiua in iſtū terminū non. ⁊ actiū in nominatiuū. Exemplū. Ois homo preter ſortē currit: ſic exponit. ſortes nō currit

sed ois homo non sortes currit. Exemplum negatiue. nihil preter sortem currit. sic exponitur. sortes currit et nihil non sortes currit.

¶ Differt aliud et nonidem: debent exponi per tres De differt.

exponentes. quarū due prime erunt affirmatiue implicantes extremos esse et tertia erit negatiua negās scōm extremū a primo. vt pz in exēplo sequēti subiectus p̄mi exponentis erit terminꝰ synonymꝰ cū subiecto ppōnis exponende. Subiectū scde exponētis erit obliquꝰ immediate sequens aliqua istarū dictonū differt aliud ⁊ nonidem mutatus in rectū ⁊ ille erunt propositiones affirmatiue ⁊ in illis hoc verbū sū/es/fuit. p̄dicat scōm adiacens. Tertia exponens erit negatiua de subiecto synonymo cū subiecto prime exponēt̄. ⁊ p̄dicatū erit terminꝰ synonymꝰ cū subiecto scde exponēt̄. Ut ego differo ab hoie sic exponit. ego sū ⁊ ois hō est. et ego nō sū hō. Ego sū aliud ab asino. sic exponit. ego sū. et ois asinus est. ⁊ ego nō sū asin⁹. Ego sū nōidē leoni. sic exponitur. ego sū et omnis leo est. ⁊ ego non sum leo.

¶ Notandum q̄ tria sunt adiacentia in propositiōe

Scz subiectū/p̄dicatū/⁊ copula. Et hoc verbum Sū: p̄dicat scōm adiacens q̄n ip sum est principale verbū et non habet predicatum expresse positum. vt homo est. et idem verbum predicatum adiacens: quando habet predicatum expresse positum: vt homo currens.

¶ Incipit exponitur duobus modis. Primo modo

p positionē de p̄nti. i. per affirmationem p̄nt̄, tpis et p remotionē de p̄terito. hoc est per negationē p̄teriti tpis. Alio mō p remotionē de p̄nti ⁊ p positionē de futuro et subiectū in exponentib⁹ erit subiectū ppōnis exponēde. ⁊ ꝟbū erit verbū indicatiui modi cuius infinitiuus sequitur incipit. Exemplū. Incipio scire. ppōnē de p̄senti per positionē sic exponitur. Ego iam scio propositionē. sz immediate ān hoc instans quod est presens ego non scio. ppōnem. Aliter exponitur eadem p̄positio p remotionem de p̄nti. ego iam sum nō sciens propōem: sed immediate post hoc instans quod est presens ego sciam propositionem. De incipit.

Incipit esse duas exponentes sibi claudit.
Preteritum remouens tempus ponendoꝫ presens.
Ast presens remouet tempus ponendo futurum.

¶ Desinit exponitur duobus modis/scz per positiō- De desinit.

nē de presenti. i. p affirmationē p̄nt̄, tpis. ⁊ remotionem de futuro. i. p negationē futuri. Uel per remotionē de p̄nti. ⁊ positionē de p̄terito. Et quoad subiectū p̄dicatū et copula obseruetur eadē regula q̄ data fuit de hoc verbo incipit: vt sortes desinit esse. sic exponitur per positionē de p̄nti. Sortes iam est. sed immediate post hoc instans quod est presens. sortes nō erit. Uel per remotionem de p̄nti isto mō. Sortes iam non est. sed immediate ante hoc instans. quod est presens sortes fuit Similiter sortes desinit currere. ⁊c.

¶ Sequitur de ista dictione immediate.

¶ Pro quo notandū est q̄ ppō in qua ponitur ille terminꝰ immediate hz exponi p duas exponētes. ima erit illud q̄ remanet dempto illo termino immediate. Et scda debet dari si ppō sit de futuro. pponendo hoc totū. nullū est vl̄ erit instans. post hoc quin intret illud ⁊ hoc. ⁊ tunc segtur totū residuū ppōnis q̄ scḡbatur illū terminū hoc in ppōne exponenda. Et si ppō sit de p̄terito: tunc in scda exponēte primo sumetur hoc totū. nullum est vel fuit instans. ante hoc quin inter illud et hoc. Unde illa ppō. Immediate post hoc sortes currit. sic exponit̄ sortes curret. et nullum est vel erit instans. Post hoc quin inter illud ⁊ hoc sortes curret. ¶ Et ista p̄positio immediate ante hoc: sortes cucurrit. sic exponitur. ante hoc sortes cucurrit. et nullum est vel fuit instans ante hoc quin inter illud et hoc sortes cucurrit. Immediate.

sic de omnibus similibus.

¶ De exceptiuis.

Infinitum. ## ¶ Sequitur de illo termino infinitum.

¶ Pro quo notandum est q̄ ꝑpō exponenda rōne illius termini infinitū: hz exponi per duas exponentes. Primo debet dari demendo illū terminū infinitū: ⁊ in loco eius ponendo illum terminū aliqualiter. Et in scōa exponente primo ponatur hoc totū non est dare gradum: et tūc sequatur ille terminus q̄ sequebatur istū terminū infinitum cū gtō casu: et tūc ponatur ille termin⁹ finitū: cum illo termino quin: et hoc ꝓbū excedit. cū toto residuo ꝓpōnis: qō seq̄batur ꝓncipale verbū ⁊ cū illo termino in ablto casu q̄ seq̄batur illū terminū infinitum. Vñ ista ꝓpō infinitū magnū est a: sic exponitur aliqlit magnū est a: et nō est dare gradū magnitudinis finitū quin illū excedit a in magnitudine. ¶ Et illa ꝓpō: Infinitū paruū est hoc a sic exponitur: aliqlit paruū est hoc a. ⁊ nō est dare gradū paruitat⁹ finitum quin illū excedit hoc a in paruitate. ¶ Infinitū bon⁹ est de⁹. sic exponitur: aliqlit bonus est deus: ⁊ non est dare gradū bonitatis finitū qui melior sit deus. ¶ Infinitum velox erit hoc a: sic exponitur aliqliter velox erit hoc a. ⁊ non est dare gradū velocitatis finitū quin illū excedit hoc a in velocitate. ¶ Infinitum cito erit hoc a. sic exponitur. aliqualiter cito erit hoc a. et non est dare gradū citoritatis finitum quin illum excedit hoc a in citoritate. et sic de aliis.

Necessarium. ## ¶ Necessarium sic exponitur. necessarium est deum esse: deus est et non potest esse quin deus sit. ergo. ⁊c̄.

Impossibile. ## ¶ Impossibile sic exponitur. Impossibile ē hominē esse asinum: hominem esse asinum non est nec potest. ⁊c̄.

Cōtingēs possibile. ¶ Contingit sic exponitur. Contingit hoiem currere: homo currit et potest esse q̄ homo non currit. ergo. ⁊c̄. Et sic de illo termino possibile.

Positiu⁹ grad⁹ ## ¶ Omnis propositio de positiuo gradu exponitur ꝑ duas exponentes affirmatiuas in q̄bus medīū ꝑparandi affirmatur de vtroq; ꝑparator: et tertia exponens erit negatiua excludens excessum inter ſcōm ꝑparatū et primū. Et sortes est ita sapiens sicut plato. Sic exponitur. Sortes est sapiens ⁊ plato est sapiens: et plato: non est sapientior sorte. ḡ. ¶ Vñ in omni ꝑparatione sūt tria. ſ. duo ꝑparata inter q̄ fit ꝑparatio: ⁊ medīū ꝑparandi. Medīū ꝑparandi est illud in quo fit ꝑparatio sicut in exemplo prioꝝ: sortes est ita sapiens sicut plato: sortes et plato sunt comparata et sapiens est medīū comparandi.

Cōparatiuus. ## ¶ Omnis propositio de comparatiuo gradu exponitur per duas exponentes affirmatiuas sicut positiu⁹: ⁊ p tertiā negatiuā excludēdo paritatē ⁊ eqlitatē in medio ꝑparādi. vt ego sū sapiētior hoie. sic exponitur. ego sū sapiens: ⁊ ois hō est sapiens: et nemo est ita sapiens sicut ego sū. ḡ. ⁊c̄.

Superlatiuus ## ¶ Omnis propositio de superlatio gradu exponitur per duas exponentes affirmatiuas sicut positiu⁹: et per tertiam negatiuā de cōparatiuo gradu ꝑparationis eiusdem: ⁊ per quartā affirmatiuam de ꝑparatiuo gradu ꝑparationis oppositę. Vt sortes est sapientissimus hoīm: sic exponitur sortes est sapiens: ⁊ oēs hoies sunt sapientes: ⁊ nemo est sapientior sorte: sed aliquis insipientior sorte: g vel apponat in scōa exponente ille termin⁹ gradatim ad demonstrandū diuersitatē in medio ꝑparandi sic. Sortes est sapiens: et oēs hoies sunt gradatim sapientes: et nemo est sapientior sorte: sed aliqs insipientior sorte.

Primum. ## ¶ De istis terminis primum maximū / ⁊ minimus

Exemplum primi. Sortes est primus qui venit ad villam sic exponitur. Sortes ē aliqualiter quidem qui venit ad villam: ⁊ nullus prior sorte venit ad villam. sed aliquis posterior sorte venit ad villam.

Maximum. ## ¶ Hoc est maximum quod sortes potes portare / sic

exponitur. hoc sortes potest portare: et nullum maius illo sortes potest portare ꝛ aliquid minus illo sortes potest portare.

¶Hoc est minimum quod plato potest videre. sic exponitur. hoc plato potest videre. et nullū minus hoc plato potest videre. sed aliquid maius illo. vel aliquid equale plato potest videre. Minimum.

¶Sed si verbum relatiuum ꝓpõne exponẽda rõe istorū terminorū sit negatiuū tunc debet exponi p exponentes ꝑtarie qualitat̃ Ut illa. Sortes est primus qui non venit ad villam. sic exponitur. Sortes est aliq̃ liter primus qui non venit ad villam. sed quilibet prior sorte venit ad villam et nullus posterior sorte venit ad villam.

¶B est minimum quod sortes non potest videre. sic exponitur. B. sortes non potest videre nec aliquid maius. B. sed non quodlibet minus. B. sortes potest videre.

¶A est maximum quod sortes non potest portare. A sortes non potest portare. nec aliquid tãtum nec maius. A. quodlibet minus. A. sortes potest portare.

Relatiuum.

¶Relatiuum debet exponi per et ꝛ per illud. Quod sic intelligitur. Ois ꝓpõ affir. in qua ponit relatiuū a parte ꝓdicati relatū ad terminū stantem discrete vel determinate a parte subiecti. debet exponi p copulatiuā vbi in loco relatiui ponitur hec ꝓiunctio ⁊. hoc ꝓnomẽ ille illa illud. qõ dz poni in eodẽ casu/gñe/et nũero. sicut positū erat relatiuū. Exemplū. sortes currit qui est albus sic exponitur: sortes currit et ille est albus.

¶Tribus modis impeditur relatiuū a sua ꝓbatione. ¶Primo modo qñ relatiuū refert ad terminū stantẽ ꝑfuse ⁊ distributiue. Ut sortes differt ab asino qõ est asin⁹ qr illa propõ debet exponi ratione istius verbi differt. ¶Secundo modo qñ relatiuū refertur ad terminum stantem confuse tãtum. Ut hic omnis homo est animal quod est rationale que debet exponi ratione signi vniuersalis et non ratione relatiui. ¶Tertio quando relatiuum ponit in propositione negatiua. vt hic. aliquis homo non est asinus qui est asinus. que debet ꝓbari per suum oppositum.

Apparere.

¶Item aliqui termini sunt exponibiles secundum suas descriptiones. vt hoc verbū apparet/⁊ hoc verbū significat. Unde apparere id est sentire vel intelligere. Ut hoc sentitur vel intelligitur a me. Unde apparere. i. sentire vel intelligere. ¶Et duplex est apparentia. scilicet sensualis et intellectualis.

Significare.

¶Significare est aliquid vel aliqua virtute cognitiue repꝛesentare vel manifestare. Uñ iste terminus hõ sigt hoiem. sic dz exponi. ille terminus hõ repꝛesentat vel manifestat virtute cognitiue hoiem. Uñ ois cognitio rei fit per suã intẽtionem vel speciẽ. Uñ intentio rei est similitudo rei. ⁊ illud idẽ vocatur species rei. vt si ego cognoscam sortem per sensum vel per intellectū mẽ habeo veram similitudinem. scz in sensu et intellectu. ꝛc.

Sequitur de resolubilibus aduerbiorum.

¶Item notandum q ꝙuis regula ꝓpria posita/data sit de terminis resolubilibus vt exponibilibus noiꝝ ⁊ verbi: aliqua tñ aduerbia pñt resolui et aliqua exponi. Resolui vt ista aliquando/ante/post/alicubi. Exemplum primi. aliquando sortes erit epꝰ. sic exponitur. tunc sortes erit epꝰ. et

tunc est vel erit aliquando. Ante hesternum diē sortes cucurrit: sic exponitur. tūc sortes cucurrit/et tunc est vel fuit ante hesternū diem. Post crastinū diem sortes erit eps/tunc sortes erit eps. et tunc est vel erit post crastinū diem. ¶ Exemplum de aduerbijs que debent exponi sic. Semper sortes erit aliquando sortes erit et nullum est vel erit aliquando quin sortes non erit. Ubiq; deus est. Aliquibi de' est et non est dare alicubi vbi deus non est.

¶ Item omnis propositio negatiua debet probari p suum contradictorium vt si ponatur propō negatiua recurratur ad sūm contradictorium. et si eius contradictorū sit falsum: tunc illa propositio est vera et ecōtra vt hec est vera nullus homo est asinus: q; hec est falsa. aliquis homo est asinus.

¶ Item particularis negatiua potest resolui quando subiectum supponit pro re existente. vt ista. aliquis homo non currit: sic resolvitur. homo non currit et hoc ē aliquis homo. Alio modo particularis negatiua potest probari per suam subalternā: vt illa aliquis homo qui est asinus non est asinus. Probatur sic. nullus homo qui est asinus est asinus. ¶ Similiter vniuersalis negatiua potest probari inductiue per sua singularia: vt nullus homo currit. vt nec ille homo nec ille: et sic de singulis. sed prima probatio vniuersalis negatiue. s. per suū contradictorium est optima probatio.

Termini facientes sensum cōpositum.

¶ Terminus officialis est omnis terminus faciens sensum cōpositum et solum talis propō in sensu oppositi est officialis. Pro quo notandū est q; termini facientes sensum compositū sunt oīa signa modalia: vt possibile/impossibile/cōtingens/ necessarium. et omnia verba significantia actum mentis sicut illa: scire/nolle. velle/imaginare/percipere. credere/hesitare/dubitare. et sīlia que faciunt sensū ꝓpositum vt scio deū esse. possibile est hominem e se aial. Sed q̄n aliqs istorū totaliter precedit dictū ꝓpōnis. tūc illa propō est officialis/q; facit sensum ꝓpositum: vt possibile est hoiem currere. Sz q̄n aliqs istoz intermediat dictū propōnis. scz inter accusatiuum et modū infinitum. tunc facit sensum diuisum vt hominem possibile est esse animal. Sz q̄n aliqs istorū terminorū finalit̄ seqtur totū dictū ꝓpōnis tūc illa potest indifferenter sumi. scilicet in sensu composito vel in sensu diuiso: vt hic hominem currere est possibile. Omnis enim propositio in sensu composito est officialis: vt illa necessariū est deum esse. sic officiatur/talis propositio est necessaria deus est propter eius primarū significatum deū esse. possibile est hominem esse rome. Sic officiatur. hec propō est possibilis homo est rome propter eius primarium significatum hominem esse rome. Ego scio deum esse. sic officiatur. hec propō est sita a me deus est propter eius primarū significatum deum esse.

Dictū ꝓpōnis

¶ Dictū ꝓpositionis debet dari / vertendo noīatiuū in actiū/et verbū indicatiuū in verbū infinitū. Uel preponendo hanc conjunctionē q; / toti. Ut de' est. dictū eius est hoc. deum esse vel q; deus est. ¶ Sed propō in sensu diuiso est resolubilis. si primus terminus sit resolubilis: vel exponibilis. Si primus terminus sit exponibilis. exemplū primi. Hominē possibile est currere. sic resolvitur. hoc possibile est currere. et hoc est homo. Exemplū secundi/omnē hominem possibile est currere. sic exponitur. aliquē hominem possibile est currere: q; nihil est homo quem vel quam possibile nō est currere. Uñ propō in sensu diuiso debet ꝓbari secundum primum terminū mediatū in illa propōne. ¶ Item si ambe resolutiones propositionis soluende sint vere primarie significando tunc illa propō est vra aliter non. Similiter propō exponibilis est vera si omnes eius exponētes sint vere et aliter non. Et si vna exponens sit falsa. tunc illa propō exponibilis ē falsa. et sic de resolubili et officiali.

Regla notāda

¶ Alia regula est quando proponitur aliqua ꝓpō et volueris scire an illa sit vera vel falsa. videas si illa propō sit resolubilis/expo

ubilis vel officialis. Qđ scire potes q primũ terminũ mediatũ in illa ꝓpõe de inde exponatur si sit exponibilis. & si oes exponẽtes sint vere. tunc ista propositio est vera. Et sic generaliter scitur veritas vel fallitas cuiuscũq; propõis. Vel resolutur si sit resolubilis. et si eius resoluentes sunt vere. tunc propõ dicitur vera. Vt si sit officialis officiatur si ullus officiantes. et si sint vere tunc illa propõ est vera et si non sint vere. tunc illa est falsa. Et propõ est vera qñ significat primarie sicut est. & est falsa qñ significat primarie sicut non est.

¶ Primarium significatuz propositionis est illud qđ propositio significat precise ex communi institutione terminorum. et apprehenditur principaliter per totam propositionem et per nullam eius partem. Vt deũ esse. est significatum istius. deus est. Primarium significatum.

¶ Significatum secundarium propõnis est tripler. ¶ Uno modo qñ imponitur ꝓpõi ex noua impositione: vt ista. de⁹ est significaret hoiem esse asinũ. et hoc secundarie. Secundo modo qñ propõ sigt secundarie quicquid sua singularis significat primarie. et sic omnis vniuersalis significat sua singularia: vt illa omnis homo est animal. Tertio propositio significat secundarie quicquid sua pars significat primarie. vt illa homo est asinus significat secundarie hominem esse. Secundariũ significatum ẽ tripler.

¶ Ulterius nota differentiam / inter propositionem resolubilem / exponibilem / et officialẽ: q est hec. Propositio exponibilis puertitur cum vna copulatiua facta ex omnibus suis exponentibus sic q est bonum argumentum arguendo a propõe exponibili ad omnes eius exponentes et econtra. Uel bene sequitur. Deus est: et non potest esse quin deus sit: ergo necessarium est deum esse et econtra necessariũ est deũ esse: ergo deus est. et non potest esse quin deus sit. ¶ Sed propõ resolubilis non conuertitur cum suis resoluentibus / nec officialis cum suis officiatibus. Licet bene seqtur. hoc currit / et hoc est homo: ergo homo currit. Sed econtra non valet argumentum: qr non sequitur homo currit: ergo hoc currit. et hoc est homo qr añs potest esse verũ et consequens falsũ. ¶ Similiter ab officiantibus ad officiatũ est ꝓña bona. sed non econtra. Ut sequitur. hec propositio est necessaria. deus est / propter eius primariũ significatum deum esse: ergo necessarium est deum esse: sed non econtra. vt necessarium deum esse: ergo hec propositio est necessaria. deus est / propter eius primarium significatum qr antecedens potest esse verum et consequens falsum. quia si nulla propositio foret adhuc deus esset. Dignũ notatu.

¶ Insuper nota q qñ est aliquod dictum propõnis in sensu composito qđ potest descendere de duab⁹ propõnibus diuersis tunc illa est distinguenda penes hoc q illud dictum potest descendere de vna illarũ propõnum vel ab alia. Et hoc generaliter accidit qñ in propõne sunt duo modi infinitiuus: primus infinitus potest mutari in modum indicatiuum stante scõo. vel econtra secundus infinitiuus potest mutari in indicatiuum state ꝓmo: vt in hoc exemplo. Possibile est vos scire necessarium esse non necessarium. ista põt officiari mutãdo ꝓmũ infinitiuũ stãte scõo. vt sic. talis propõ est possibilis. vos scitis necessariũ esse non necessariũ. propter eius primariũ significatũ: vos scire necessarium esse non necessarium. et sic propositio est falsa.

¶ Alio modo põt officiari mutando scõm infinitiuz stante primo. hoc modo. hec ꝓpõ est possibilis. Uos scire necessariũ est non necessariũ propter eius primarium significatũ. vos scire necessariũ est non necessariũ et sic est propõ verg. qr eius officiantes sunt vere. Et ita faciendũ est in omni propropõne in sensu cõposito vbi in dicto sunt duo modi infinitiui.

¶ Similiter distinctio accidit si in dicto propositiõis

fit vnus infinitimus et duo acti q; vel primus actūs potest mutari in ntm̄ stante scō. Uel scōs actūs pōt mutari in ntm̄ stante primo: v thic possibile est canem comedere panem sic officiatur. si primus actūs mutetur in ntm̄ stante scō. illa propositio est possibilis. canis comedit panem: propter eius primarium significatuz canem comedere panem. et sic est vera. ¶ Alio modo officiatur predicta propositio: mutando scōm actm̄ stante primo. et sic hec ꝓpositio est impossibilis. quia sic officiatur hec propositio possibilis. canem comedit panis. propter eius primarium significatum canem comedere panem.

¶ Similiter. Possibile est vos scire a.

Esse a ista ꝓpō deus est mutando primū actm̄ in ntm̄ sic est vera. ꝙ sic officiatur hec ꝓpō est possibilis. vos scitis a. ꝓpter eius primariū significatum. vos scire a ꝛc. mutando scōm actm̄ stante primo ista propositio est falsa sic officiando: hec ꝓpositio est possibilis. Uos scit a. propter eius primarium significatū vos scire a ergo. ꝛc̄ capiendo illum terminū vos in actō casuz et illum terminum seu litterā a/in nominatiuo casu. ꝛc̄.

¶ Insuper notandum est. ꝙ illa trimembris diuisio termini mediati in terminum resolubilem/exponibilem/et officialem. non est ex opposito assignata/sed membra coincidunt: q; diuisio datur ex oppositio: quādo nihil qō continetur sub vno membro continetur sub reliquo: vt diuisio propositionis in cathegoricam et hypotheticam q; nulla cathegorica est hypothetica: nec ecōtra. Diuisio non datur ex opposito qm̄ aliquid qō continetur sub vno membro continetur sub reliquo. sicut est in diuisione termini mediati. Nam idē est terminus resolubilis/exponibilis /ꝙ officialis in eadem propositione: ꝙ sic idē termin⁹ continetur sub quolibet membro diuisionis: vt patet de isto termino necessarium vt in illa propositione: necessarium est deum esse. que resolui tur hoc est deum esse et hoc est necessarium. ¶ Illa etiam potest exponi sic. deus est ꝙ non potest esse ḡn deus sit. Item potest officiari. hec propositio est necessaria. deus est. propter eius primarium significatum deum esse. ¶ Similiter de illa possibile est hominem currere. ꝙ sic de similibus.

¶ Item cauendum est probādo propositiones q; nō sit saltus vltra terminos mediatos/sic q; secundus terminus mediatus non probetur ante primum sed primus terminus mediatus in ꝓpositione dz primo ꝓbari Uñ non valet argumentū. Ois homo incipit esse. ergo ois homo iam est: ꝙ immediate ante hoc instans: qō est pñs. ois hō non fuit: vel ecōtra ois homo iam est ꝛc̄. ergo omnis homo incipit esse. qz ille est saltus probando istū terminum incipit ante illud signum omnis. Sed sic debet hec propositio probari. homo incipit esse et nihil est homo vel incipit esse homo quin ille vel illa incipit esse ergo omnis homo incipit esse.

¶ Item notā q; ab ista regula a primo termino probabili mediato debet fieri ꝓpositionis probatio. Excipiūtur hypothetice propositiones: vt animal currit si homo currit. Scōo ꝓpositiones in sensu composito: vt animal esse holem est necessarium. Tertio exceptiue. vt omnis homo preter sortem currit. Quarto in plurali numero: vt duo iohannes habent duo capita. Quinto excluſiue vt homo tantum currit. Sexto relatiue. vt quando relatiuum ponit a parte predicati et refertur ad terminum stantem discrete vel determinate a parte subiecti. vt homo currit qui est albus. ꝛc̄. Uersus.

¶ Hypo. relaq;. modal. excep. exclu. quoq; plural.

¶ Sequitur de obligationibus tractatus.

¶ De obligationibus.

De obligationibus.

OBligatio est quedam ars mediante qua quis opponens potest ligare respondentē vt ad placitū suū respondeat affirmatiue vel negatiue ad propositionem sibi positam vt deposita. Et notandū q̄ due sunt species obligationis. s. positio et depositio. Positio est quedā species obligationis mediante q̄ q̄s obligatus tenet rndere affirmatiue ad propositionē sibi positā vl' ad se admissam. ¶ Positio ꝺr duob⁹ mōis .s. simplex ⁊ ꝓposita. Positio simplex est illa q̄ cadit super ꝓpōnem cathegoricā vt pono vobis. vos curritis. Positio ꝓposita est illa q̄ cadit super ꝓpōnē hȳpothetcā. vt pono vobis vos curritis: ⁊ vos estis rome. Et in ista specie solū possibile est admittendum/et impossibile est reiciendum atq; negandum.

Regula notanda

¶ Prima regula est hec. Dñe vobis positum ⁊ a vobis admissum sub forma positi propositum situm a vobis fore tale quale fuit vobis positum vbi positum non repugnat positioni durāte tempore eiusdem obligationis est a vobis concedēdum: vt pono vobis istum casum. hoc est risibile admittatur. tunc ꝓpono vobis tu iidere ꝓcedatur illud: q̄ q̄cūq; ista vel alia consimilis proponitur durante tpe eiusdem obligationis est vobis concedenda.

¶ Secunda regula est hec. Dñe formaliter sequēs expositio est ꝓcedendū: vt pono vobis istū casum. vos estis hō. admittatur: ⁊ q̄ñ ꝓponitur ꝓcedatur idē. Deiñ ꝓpono ꝟ. vos estis aial. ꝓcedat: q̄ sequit formaliter exposito vt sequitur. vos estis hō ḡ vos estis aial. ¶ Tertia regula est hec. Dē repugnans positio est negandum. vt pono istū casū. aliq̄s hō est risibilis. admittatur ⁊ ꝓcedatur idē. tūc ꝓponitur: nullus hō est risibilis. negat. q̄ est repugnās posito.

¶ Quarta regula est hec. Omne formaliter sequēs ex posito vel ꝓcesso vl' ꝓcessis/est a vobis ꝓcedendū: vt pono casū. Omis hō est rome admittatur. et q̄ñ ꝓponitur ꝓcedatur idem. tūc proponitur vos estis homo concedatur q̄ est verum et impertinens. Deinde propono vos estis rome concedatur q̄ sequitur formaliter cum cōcesso. omnis homo est rome/ vos estis homo ergo vos estis rome Uel si ponatur vos curritis. admittatur et concedatur idem tunc proponatur. vos mouemini cōcedatur: quia sequitur ex posito formaliter sic. vos curritis. ergo vos mouemini.

¶ Alia regula est illa. Omne formaliter sequēs ex posito cum opposito bene negati cū vel oppositis bene negatorū durante tempore eiusdem obligationis est a vobis concedendum. vt pono istum casum: Omnis homo currit. admittatur et concedatur idem: tunc proponatur. vos curritis negetur. q̄ falsum est et impertinens. tunc proponatur vos non estis homo. concedetur. q̄ ex posito cum opposito bene negati: q̄ sequitur. omnis homo currit: vos non curritis: ergo vos non estis homo.

¶ Alia regula est illa semper ad impertinens respōdendum est secundum suā qualitatem: hoc est si sit verū et impertinens est concedendum/si sit falsum et impertinens est negandum. ⁊ si sit dubiū ⁊ impertinens ē dubitandū. ¶ Et sciendū q̄ impertinens est illud quod non sequitur ex casu neq; repugnat casui. vt pono istū casum. Omnis hō currit admittatur et concedatur tūc proponitur. Uos estis homo ꝓcedetur. q̄ est verū ⁊ impertinens q̄ sit verum ꝑz. et q̄ sit impertinens ꝓbatur. nō sequitur neq; repugnat. q̄ nō sequitur probat q̄ hoc argumentū non valet. Omis homo currit: ḡ vos estis homo. neq; repugnat: q̄ possunt simul stare q̄ omis homo currit: et q̄ vos estis homo. ¶ Et pertinens est illud qđ sequitur ex casu. neq; repugnat casui.

Regula notanda

¶ Alia regula est ista. Ꝓpter possibile positum nō

est impossibile pcedendū/neq; necessariū negandū. ¶ Alia regula est ista. duo cō tradictoria intra se contradictoria/munq; sunt simul pcedenda: neq; neganda in ista eadem tempus obligationis. vt si a. sit contradictorium b: et econuerso. et vnū a/sit omne a. et vnū b/sit omne b. tunc a et b nunq; sunt simul concedenda neq; negāda. ¶ Item differentia est inter positum et positionem. Positio est illud quod cōponitur ex verbo designante actū ponendi cū toto residuo: vt pono vobis vos curritis: hoc totum pono vobis. vos curritis est positio. Et positum est illud quod remanet dempto verbo significante actum ponendi. vt pono vobis vos curritis solum hoc. vos curritis est positum. Duplex est positio vt in precedentibus patet scilicet simplex et composita.

¶ Sed iam videndum est qualiter faciendum est ex parte opponentis et ex parte rādentis. Opus opponentis est arte ponere et proponere propositiones quousq; videat rādentē male rādere vel ad aliquod inconuenies deduci. ¶ Opus respondentis est iuste mere posita et proposita ac pinde sapienterq; circūspicere ne videaf deduci ad aliqd inconueniēs: hoc est sū positum sit possibile admittatur: si impossibile neget. Primū sophisma. ¶ Pono vobis istū casū. vos nō estis positū est possibile. qz pōt esse sicut illud sigt. tō admittaf de inde pponitur idem si negetur. ptra. oē vobis positū et a vobis admissū. tē. est cōcedendū: sed vos negasti illud g male respondetis. huic ōr admittendo positū et qñ pponaf negetur. et qñ arguitur sic. vos negas vobis positū. tē. g male rūdetis. Dico q; ista regula hz intelligi vbi positū repugnat positioni. Pro quo nota q; ex oi positioni seqtur tertia esse. s. illū esse q ponit. qz sequitur ego pono casū pro ego sū. sedo illum esse cui ponitur casus qz sequitur ego pono vobis casum pro vos esti tertio positū esse: qz sequitur. ego pono vobis casū. g casus vel aliquid positum est et ppterea qñ positū est: illū non esse qui ponit vel illū nō esse cui ponitur: vt illud non esse quod ponitur. tunc positum repugnat positioni.

¶ Secundum sophisma. Pono vobis istū casū omnis homo est rome admittatur et concedatur. idē tunc pponatur. vos estis rome neget. qz est falsū et imptinens. si pcedatur. ptra est falsū et imptinens. g negādā q; sit falsū pz. et q; sit imptinens pbatur. nō seqtur neq; repugnat. g. tē. nō seqtur ois hō est rome. vos estis rome. neq; repugnat. qñ pñt simul stare. deiñ pponitur. vos estis hō. negetur qz oppositū est sequēs ex posito cū opposito bene negati. Nā seqtur. ois hō est rome. vos nō estis rome: g vos non estis homo. huic dicatur admittendo positū. et qñ proponitur vos estis rome. negetur. qz est falsum et imptinens. et quando proponitur. vos estis homo. negetur. qz eius oppositum sequit ex posito cum opposito bene negati.

Responsio.

¶ Aliud sophisma. Pono vobis istum casum. nulla ppō est vobis posita. admitto casū nego eundē. Propono. aliq; ppō est vobis posita. negetur: qz repugnat posito. ptra. hec est vobis posita: et hec ē aliq; ppō. ergo aliqua ppō est vobis posita. huic dicatur admittendo positū et qñ ppponitur negetur. et qñ vlteri⁹ arguitur pcedatur. pñia. et negetur añs pro vtraq; eius parte.

¶ Aliud sophisma. pono vobis istum casum. omnis homo currit admittatur et pcedatur idē. tūc ppono. hec ē falsa. ois hō currit. si negetur. ptra. vos negatis verū et impertinens g. tē. Añs sic q; sit verū pz: qz rei veritas est aliqđ qđ est hō non currit. et q; sit imptinens. pbatur. qz nō seqtur. oīs hō currit. g hec est falsa. ois hō currit. neq; repugnat qz pñt simul stare ois hō currit. et hec est falsa. ois hō currit. tūc sic. hec est falsa. ois hō currit. ergo non ois hō currit. Si pcedatur. tūc illa est ña non ois homo currit. q; pcise et pmarie et adeq; te sigt q; nō ois hō currit. g non ois hō currit illa pñia est bona. et añs est verū. et pñia est a te pcedendū: et pñia est oppositū positi. g oppositū positi est concedendū: et pñs est verū. ergo duo ptraria sunt simul vera. huic dicatur admittendo positum et qñ ppponatur hec est falsa. ois hō currit. concedatur. et qñ arguitur sic. hec est

Responsio.

vera non ois hō currit q̄ precise et primarie sign q̄ ois hō currit. ergo non ois homo currit: ꝓcedatur ꝓña: et negetur añs ꝓ minori.

¶ Aliud sophisma ponatur q̄ homo est asinus. negetur positū: q̄ est impossibile: ideo ponatur hoc mō. hō est asin⁹ est vobis positum admittatur: q̄ est possibilis ⁊ ꝓcedatur idē. deiñ proponatur hō est asinus est a vobis ꝓcedendū. Si negetur. Contra: formaliter sequitur expōsito: ergo concedē dū: q̄ sequitur. homo est asinus est vobis positū: ergo homo est asin⁹ est a vobis ꝓcedendū. Si cōcedatur. Contra. Casus est impossibilis et propter possibile posi tū nō est impossibile ꝓcedendū: ergo non est concedendū. huic dicatur admittē do positū: et q̄n ꝓponatur homo est asinus est a vobis concedendū. negetur. ⁊ tūc negetur argumentū sc̄z homo est asinus est vobis positū: g̃ hō est asinus est a vo bis concedendū: q̄ non debite argui tur: sed sic debet argui. homo est asinus vel vobis positum: ergo hō est asinus est vobis positum est a vobis concedendū. Responsio.

¶ Aliud sophisma. Pono vobis istū casuz. Vos estis rome admittatur et ꝓcedatur idē. Deiñ ꝓponatur. vos estis rome in hoc instāti Si ꝓcedetur. ꝓtra. est falsū et impertinens: g̃ negandū. q̄ sit falsū ꝓbatur: ⁊ q̄ imper tinēs ꝓbatur: q̄ nō seq̄tur neq̄ repugnat. non seq̄tur vos est̄ rome: g̃ vos est̄ ro me in hoc instanti. q̄ posito q̄ in fine istius horæ vos scitis rome. et q̄n in hoc in stanti vos non sit̄ rome. tūc añs est verū et ꝓña est falsum. q̄ vos est̄ rome in hoc instāti: q̄ hoc instans non est. Si negetis. ꝓtra. vos negat̄ formaliter sequēs p positō: g̃ male rñdet̄. añs sic. Nā seq̄tur formaliter vos est̄ rome: g̃ vos est̄ rome in hoc instanti. huic dicatur admittendo positum: et quando ꝓponatur. vos estis rome in hoc instanti. negetur: q̄ est falsum et impertinens: et quādo argui tur sic. Omne quod est rome est rome in hoc instanti vos estis rome: g̃ vos est̄ ro me in hoc instanti. concedetur ꝓña: et negetur maior q̄ hoc instans non est: q̄ repugnat posito. ¶ Aliud sophisma. Pono vobis illud. ois homo est rome. admit tatur et concedatur. Tunc quero. vbi estis vos modo? Respōdeatur in loco vbi non repugnat me esse. tunc propono vos estis rome: concedatur: q̄ sequitur ex po sito cum concesso: q̄ sequitur. ois hō est rome: et vos estis in loco vbi non repug nat vos esse: ergo vos estis rome. Responsio.

¶ Aliud sophisma. Pono istū casum q̄ aliquis istoꝝ currit: deinōstrando per ly istorū vos et me. admittatur. et sic ꝓcedatur idē. tunc propono: aliq̄s istoꝝ nō currit. ꝓcedatur: q̄ est verū et impertinens. deiñ ꝓponat̄: vn⁹ istoꝝ currit. concedetur. deinde proponatur: alter istoꝝ currit. concedatur: vt apparēt: q̄ est positum. Deinde proponatur: vterq̄ istoꝝ currit. si concedetur ꝓtra. Vos ꝓceditis ex⁹ oppositū: sed duo opposita nunq̄ sunt simul concedenda: g̃ male rñdetis. Si negetur. ꝓtra. sequitur formaliter expōsito cū cōcessis: ergo cō cedendū: q̄ sequitur. vnus istoꝝ currit: ⁊ alt̄ istoꝝ currit: ergo vterq̄ istoꝝ currit. Huic dicatur admittendo positum. et q̄n proponit̄ q̄ aliquis istorū non currit concedatur: q̄ est verū et impertinens. ⁊ q̄n ꝓponat̄: vnus istorū currit: cōceda tur: et q̄n proponatur q̄ alter istorū currit. negetur. ꝓ ista cā: q̄ ponitur sub alia forma q̄m fuit prius posita: vel negetur argumētū: cū sic arguitur: vn⁹ illoꝝ currit ⁊ alt̄ illoꝝ currit: ergo vterq̄ istorū currit. ¶ Aliud sophisma. Pono vobis istam aliqua res non est hoc est possibile vt apparet. Si admittatur ꝓponatur idem ꝓcedatur. deiñ proponatur: ois res est. Si negetur. cōtra. impossibile positū nō ē necessariū negādi: sed hec est necessaria: ois res est: g̃ negādo illā male rñdet̄. Si negetur q̄ est necessariū ꝓbatur sic. aliq̄ res est: g̃ ois res est. ꝓbo ꝓñam: q̄ si aliq̄ res est: g̃ tm̃ vna est vel plures res sunt. ⁊ si tm̃ vna res est: g̃ ois res est. ⁊ si plures res sunt: g̃ ois res est. ergo a primo ad vltimū aliqua res est: ergo ois res est. illa ꝓña est hona: ⁊ añs est necessariū: ergo et ꝓñs. huic dicatur negando positum: q̄ est impossibile ¶ Et nota regulam q̄ quelibet particularis et indiffinita in qua ponitur hoc verbum Sum/es/ fui. ¶ Et predicat secundum adiacens. et in Responsio.

De exclusiuis.

quas subiectū est termin⁹ trāscendēs equipollet suo vniuersali subalterno ⁊ argu
endo ab vno ad aliam est ꝓña bona: vt aliqua res est: ergo omnis res est. aliqua
res non est: ꝯ nulla res est. Et isti sūt termini transcendentes: ens vnū / res et alis
q̄d. Quot modis fallit hec regula: a particulari ad suū vniuersale. vbi hoc verbū
est predicat secundū adiacēs quattuor modis. ſ. in terminis ampliatiuis. vt ali
cui⁹ quātitatis vos fuistis: ꝯ cuiuslibet quantitatis vos fuistis. In obliquis. vt in
aliquo loco vos fuistis: ꝯ in oiloco vos fuistis. In aduerbijs loci. vt aliubi vos
fuistis: ergo vbiq vos fuistis. ⁊ in predicatione indirecta. vt aliqđ animal estis
ergo omne animal estis.

Termini transcendentes.

¶ Aliud sophisma. Pono vobis istam. Vos differt⁊
a chimera. Si admittatur proponatur idē: si ꝓcedatur tūc ꝓpono vobis. Chime
ra est. Si negetur. ꝓtra formaliter sequitur. vos differtis a chimera: ꝯ inter vos ⁊
chimerā est aliqua differentia. Tūc sic inter vos et chimerā est aliqua differen
tia: ergo chimera est. ergo a primo ad vltimum vos differtis a chimera: ergo chi
mera est. ¶ huic dicatur negeť positum: quia ex eo sequitur q̄ chimera est. quod
est impossibile.

Responsio.

¶ Vnde notandū est q̄ quando aliqua differētia vel
alietas ponitur inter duo extrema. videndū est vtrū illa duo extrema pñt simul
esse in rerū natura vel non. Si pñt tūc bene pōt admitti. vt vos differtis ab anti
xp̄o que bñ pōt admitti. q: vos et antixp̄s potestis simul esse in rerū natura. Sed
ista vos differtis a chimera. non potest admitti: q: vos et chimera non potestis
simul esse in rerum natura. Et nota q̄ quelibet talis propō est impossibilis. Vos
differtis a non ente: et vos differtis a chimera. ꝛc.

Sequitur de exclusiuis.

¶ Primum sophisma est istud. Pono casum. tantuz
homo est leo. est vobis positum et maneat hec vobis posita et nulla alia admitta
tur ⁊ ꝓcedatur idem. Tūc ꝓponatur hō est leo. est vobis vobis positū. Si ꝓcedat
ꝓtra est repugnās posito ꝯ negandū. Si negetur. ꝓtra formaliter sequitur ex po
sito. Tm̄ hō est leo est vobis positū: ergo homo est leo est vobis positum. ista conse
quentia est bona et añs est verū. et ꝑs sequitur ex añte: q: hic arguitur ab exclu
siua ad suū pretacens ergo ꝓsequens est cōcedendum. huic dicatur admittendo
positū: q: hoc totū tm̄ homo est leo est subiectum in illa propositione: tantū homo
est leo est vobis positum. Et q̄n proponitur hō est leo vobis positū: negetur: et ne
getur qđ sequitur. q: repugnat posito. q: non arguitur ab exclusiua ad suū preta
cens: quia ille terminus tantum non tenetur exclusiue sed materialiter: quia est
pars subiecti.

¶ Aliud sophisma. Pono q̄ sortes credat vnā ꝓpo
sitionē esse verā et p. eadem. et nemo credit ꝓpōē esse verā nisi alter istorū. Ad
mittatur et ꝓcedatur idem. ꝓpono tm̄ alter istor⁊ credit ꝓpōnem esse verā. Si ne
getur. ꝓtra. alter istor⁊ credit ꝓpōnem esse verā: ⁊ nihil nō alter credit ꝓpōnem
esse verā: ꝯ tm̄ alter istorū credit propōnem esse veram'. ꝑz consequentia ab expo
nentibus ad expositum. Si ꝓcedatur. ꝓtra. aliquid aliud ꝙ alter istorū credit. ꝓ
pōnem esse: q: vterq istorū credit propositionem esse veram: ⁊ vterq istorū est ali
quid aliud ꝙ alter istorū: ꝯ nō tm̄ alter istor⁊ credit ꝓpōnem esse veram. ¶ huic
dicatur admittendo positum. Et q̄n proponitur tm̄ alter istorū credit ꝓpōē cē
verā. ꝓcedatur. ⁊ q̄n arguitur ꝓtra hoc sic. vterq istor⁊ credit ꝓpōnem esse veram
⁊ vterq istor⁊ est aliquid aliud ꝙ alter istorū: ꝯ nō tm̄ alter istorū. ꝛc. ꝓcedat ꝓña
⁊ negatur añs ꝑ minorē. ⁊ cā est q: vterq istorū est alter istorū. ideo stant bene
simul: tm̄ alter istorū credit ꝓpōnem esse veram: ⁊ vterq istorū credit ꝓpōnem cē
veram vt patet per eius exponentes. sicut alter istorū est alter istorum. et neuter
istorū est qui est alter istorū: ergo vterq istorum est alter istorum.

De copulatiuis et disiunctiuis.

¶ Sequitur de copulatiuis.

¶ Et nota q̄ licet vtraq; pars copulatiue sit cōcedē-
da per se: nō tñ sequitur q̄ copulatiua sit p̄cedenda ante q̄ ponantur ambe par-
tes. vt pono istā. vos estis rome: admittatur tunc propono eandem p̄cedatur: qr̄ ē
positum et admissum: et ista. vos sedebitis in casu q̄ sedeatis est p̄cedenda qr̄ verū
est et impertinens. tñ copulatiua facta ex illis ante p̄cessionē vtriusq; partis est
neganda tanq̄ falū ⁊ impertinens: et ideo si primo et immediate post casum pro-
ponatur vos estis rome ⁊ vos sedetis: negetur tanq̄ falsum et impertinens: et q̄n
ponitis vos sedetis negetur qr̄ repugnat posito cū opposito bene negati. Ideo
videndum est q̄n preponitur copulatiua vtrum vtraq; pars sit possibile vel nō vt
si aliqua pars repugnat alteri vel non/vel sint compossibiles vel non. vñ si possūt
esse cōpossibiles admittatur si nō negetur vt ille possunt esse cōpossibiles vos est
hō et vos sedetis sed ille non: vos estis hō et vos non estis hō: vtraq; pars est possi
bilis: ⁊ tñ partes ille non sunt compossibiles: et ideo negetur. ¶ Et nota q̄ ois co-
pulatiua ex q̄ sequtur oppositū positi est negāda: vt pono vobis vos curritis. ⁊ nul-
la copulatiua est vobis posita. ⁊ manet hec vobis posita: et nulla alia si admitta
tur deinde ponatur. nulla copulatiua est vobis posita. Si negetur 2tra sequit
formaliter. nulla copulatiua est vobis posita: ⁊ vos curritis: ergo nulla copulatia
est vobis posita. Hinc dicatur admittendo positū: et q̄n proponitur negetur. quia
positum repugnat positioni.

¶ Aliud sophisma pono vobis. Aliquis homo est ro
me: et nullus homo alius vel alia vobis est rome. admittatur: si ponatur p̄ceda
tur: tūc ponno vos estis rome. Si concedatur. Cōtra. illa est falsa. ⁊ non seqūtur ex
posito ergo est neganda. qr̄ non seqūtur aliq̄s homo est rome: et nullus hō alius vt
alia a vobis est rome: q̄ vos estis rome: qr̄ in casu posito q̄ vos non sitis: añs est ve
rū et p̄ñs falsum: qr̄ prima pars antecedētis est vera. ⁊ q̄ scōa sit vera. pbatur: vi
delicet nullus homo alius vel alia a vobis est rome: qr̄ si aliq̄s alr̄ a vobis est ro
me: ergo aliquis alr̄ a vobis est: ⁊ vltra ergo vos estis. sed hoc repugnat casui. q̄
cō. Si negetur q̄ vos estis rome. 2tra. sequitur aliquis homo est rome: et nullus
alius a vobis est rome: q̄ vos estis rome. ¶ Hinc dr̄ admittendo positū: et q̄n ppo
nitur vos estis rome negetur: qr̄ est falsū ⁊ impertinens et negetur ista p̄ña. aliq̄s Responsio
hō est rome et nullus hō alius vel alia a vobis est rome: ergo vos estis rome q̄ to
tu añs est verū et p̄ñs falsum in casu posito q̄ vos non sitis.

¶ Sequitur de disiunctiuis.

¶ Et notandū q̄ q̄n ponitur aliqua disiūctiua viden
dum est vtrum vna pars illr̄ sit possibilis vel nō si sit possibils bene potest admit
ti: et si vtraq; pars sit impossibilis tunc non potest admitti.

¶ Alia regula est ista q̄n ponitur aliqua disiūctiua cuiꝰ vtraq; pars est vera: q̄n-
cūq; et vbicūq; ponitur: prima pars est concedenda: vt pono illum casum. Vos
estis homo/vel vos sedetis.

¶ Alia regula est ista. quādo ponitur aliqua disiūcti
ua cuius vna pars est vera et altera dubia: q̄ncūq; proponitur pars dubia est du
bitanda: et pars vera est p̄cedenda. Si iter q̄ncūq; ponitur aliqua disiūctiua cu
ius vna pars est falsa et altera dubia: tunc pars dubia est dubitāda: et pars fal-
sa est negāda. Et si iterū ponatur pars dubia est cōcedenda. qr̄ sequitur exposi-
to cum opposito bene negati. et pono istam rex sedet et vos estis rome. Admitta
tur deinde proponitur rex sedet: dubitatur: quia est dubia et impertinens. Dein
de proponitur rex sedet concedatur. quia sequitur ex posito cum appositio bene
negati: quia sequitur: vos estis rome vel rex sedet: sed non est ita q̄ vos estis ro
me: ergo rex sedet.

De cõuertibilibus.

¶ Alia regula est illa/quando ponitur aliqua dictiua cuius vtraq; pars est falsa: & contingens quecunq; para ꝑmo ꝓponitur est negãda qz est falsa et impertinens: & alia est concedenda: qz sequtur expositio: vt si ponatur vos curritis: vl vos non mouemini. admittatur. deide si ꝓponitur vos curritis negetur qz est falsũ et impertinens: & tñ si ꝓponitur vos non mouemini: cõcedetur. qz sequtur vos curritis: vel vos non mouemini: sz vos nõ curritis ḡ vos non mouemini. ¶ Aliud sophisma. Pono vobis istã: vos curritis vl vos mouemini: admittatur. deinde ꝓponitur vos curritis. negetur deinde ꝓponitur. vos mouemini: ꝓcedetur deinde ꝓponitur. vos mouemini localiter. Si ꝓcedatur. ꝓtra. vos ꝓceditis falsũ et impertinens ḡ male respondetis. Si negetur ꝓtra. Uos negatis formaliter sequens expositio. ḡ male respondetis: qz sequtur vos mouemini ḡ vos mouemini localiter. Hunc dz admittatur. et qñ ꝓponitur vos curritis. negetur: qz est falsũ et impertinens. & qñ ꝓponitur vos mouemini. ꝓcedatur: qz est sequens expositio: & qñ ꝓponitur. vos mouemini localiter. negetur. qz non sequitur: vos mouemini. ergo vos mouemini localiter.

¶ Alia regula est ista. quãdoq; ponitur aliqua dissũctiua: cuius vna pars est inferior: et altera superior: tunc superior est cõcedenda & ad aliam partem respondendũ est secundum suam qualitatem: vt pono istum casum: sortes est homo: vel sortes est animal. admittatur. deinde ꝓponatur. sortes est animal. concedatur. qz est superior. tunc ꝓponitur. sortes est homo. concedatur: qz est verum est impertinens.

¶ Nota q; quando ponitur aliqua dissũctiua cuius vna pars est sequens ad aliam illa pars que est sequês est ꝓcedenda: vt si ponit ralis dissũctiua q; antixps est alb⁹/vl antixps est color: atus. ista antixps est colorat⁹ est ꝓcedenda. qz est sequens ex posito. qz sequitur antixps est albus/ vl antixps est color: atus. ergo antixps est color: atus. Et si ꝓponatur antixps est albus dubitetur: quia est dubium et impertinens. Et quando ꝓponit antichristus est color: atus. concedatur. quia sequitur ex posito.

¶ Sequitur de conuertibilibus.

Regula notãda. ¶ Notandũ q; quidam termini vel ꝓpositiones cõuertuntur simpliciter: & quidem vt nunc cõuertuntur: vt nunc: qñ conuertuntur ex noua impositione vt ille terminus hõ et asinus cõuertuntur vt nunc. si q; asinus imponatur ad significandũ risibile. Simpliciter qñ conuertuntur ex primaria significatione: vt homo est risibilis: & est ꝓna bona ab vno ad reliquum et econtra. vt hõ currit ḡ risibile currit. Sz ꝓtra posito q; isti duo termini conuertũtur hõ & asinus. tunc facio vobis hoc argumentũ: vos estis hõ ergo vos estis asinus. Si negetur ꝓna ꝓbatur ab vno ꝓuertibili ad reliquũ. ḡ bona. dicendũ q; hec regula hz intelligi in his terminis qui conuertuntur simpliciter & non vt nunc siue ꝑ accidens qõ idem est. ¶ Et notandũ est q; ad hoc q; termini vel ꝓpositiones conuertuntur simpliciter requiritur q; tantum valet vna ꝑtium & reliqua: et econtra. & q; termini eodem modo supponãt in vna sicut in alia. Utpono q; ille ꝓpositiones cõuertuntur vos estis homo et vos estis asinus. Si admittatur. ꝓponatur. idẽ si cõcedatur tunc ꝓponatur: hec est vera vos estis hõ: ꝓcedatur: qz est verũ et impertinens: tunc ꝓponatur hec est vera vos estis asinus. Si negetur. ꝓtra sequitur ex posito cñ ꝓcesso. ḡ concedendũ qz sequitur ille due ꝓpositiones cõuertuntur. Sz hec est vera vos estis homo ergo hec est vera vos estis asinus. Si primo ponatur vos estis asinus. negetur. qz hec est falsa et impertinens. Deinde si ꝓponatur hec est vera. vos estis homo negetur. quia est repugnans qui sequitur ille due ꝓpositiones conuertuntur. vos estis homo et vos estis asinus: sed hec non est vera vos estis asinus. ergo hec non est vera. vos estis homo. et sic de similibus.

Obiectio.

Responsio.

Notandum.

Responsio.

Hunc dicitur admittendo positum. Et quando ꝓponitur hec est vera. vos estis

homo concedatur.et qñ proponitur hec est vera:vos estis asinus negetur et qñ arguitur sic.iste due propositiones vos estis homo ergo hec est vera:vos estis asinꝰ negetur consequentia. Et nota q propter nouam propositionem nō est responsio variandā.

n Unc determinandū est qualiter respondēdum est quando propositiones ponuntur esse similes vel dissimules: Dignū notā;

ꝑ istū modū loquendi ꝓpositiones sunt similes qñ simul sunt vere vel simul false. Et sunt dissimules quando vna est vera et alia falsa. Notādū est q qñ ponuntur alique propositiones esse similes primarie significando q̄ non possūt esse similes nisi solum in veritate primarie significando admittendꝰ est casus: et tunc vtraq; pars debet concedi qñ proponitur: vt pono vobis istas esse similes primarie significando deus est et vos curritis. admittatur et ꝓcedatur vtraq; pars qñ proponitur. Et qñ ponuntur q alique propositiones sunt sites que non possūt esse similes nisi solum in falsitate. admittendus est casus: et negetur vtraq; pars quando proponitur. vt pono vobis istū casū q iste ꝓpositiones sunt similes: vos estis homo: et vos estis asinus. admittendꝰ est casꝰ et negetur vtraq; pars qñ proponitur. ¶ Sed quando ponuntur propositiones esse similes primarie significando q̄ pūt esse similes in veritate et falsitate admittēdꝰ est casꝰ. Et tunc ad ꝓmū respondendū est secūdū suā qualitatem. Et ad aliam sicut ad primā. Ut pono q ille due propositiones sunt similes: omnis homo currit: et hō est rome. Si primo ponatur ois homo currit negetur: q; est falsum et impertinens. Et respondēdū est ad aliā sicut ad primā. Sed si primo ponatur ista homo est rome concedatur. q; est verū impertinens. Et respōdendū est ad aliam sicut ad istam. ¶ Et qñ ponuntur aliq̄ propositiones esse sites que non possunt esse similes in veritate nec in falsitate: ne gandus est casus. vt pono q ille due propositiones sint similes. deus est. et homo est asinus: negetur casus q; est impossibilis.

¶ Pono q ille due propositiones sint similes primarie significando. Nobis concluditur et vos nescitis vobis concludi. admittatur. ꝑceditur illud. Tūc pono vobis ꝓcluditur. Si negetur tūc ppono . vos nescitis vobis ꝓcludi Si ꝓcedatur. Contra iste due propositiones sunt similes vobis concluditur et vos nescitis vobis ꝓcludi: sed hec est falsa. q negata . vobis ꝓcluditur: ergo est falsa et neganda: vos nescit vobis concludi sed vos ꝓcluditis illā q̄ male respondet. Sed negetur. vos nescitis vobis ꝓcludi. ꝓponatur eius oppositum scitis vobis ꝓcludi. Si ꝓcedatur tunc sic. vos scitis vobis concludi. et nihil scit ni si verū ergo vobis concluditur: qđ fuit negatū a vobis in principio. ergo ꝛc.

¶ Huic dicitur admittendo positū / et quando proponitur vobis concluditur: ꝓcedatur q; est vā q; sequitur ex posito q sit vera ꝓbo q; ille due ꝓpones sunt sites: vobis ꝓcluditur et vos nescitis vobis ꝓcludi: ergo ille sunt simul vere vel false. sed non possunt esse simul false: ergo sunt simul vere q; nō possunt simul esse false: probo q; si possunt simul esse false tunc hec esset falsa vos nescitis vobis concludi. q̄ sīū oppositū est verū vos scitis vobis ꝓcludi: tūc arguitur sic. hec est vā. vos scitis vobis ꝓcludi et nihil scitur nisi verū: q̄ hec est vera vobis concluditur: et primo dictum est q sit falsa: ergo eadem ꝓpō est vera et falsa. Ideo patet q ille propositiones non possunt esse similes nisi in veritate ideo vtra q; pars est concedenda.

¶ Pro quo nota q qñ ponūtur alique propositiones esse similes quarū vna est affirmatiua et alia negatiua. Si exposito negatiue formaliter sequitur affirmatiua tunc non pūt esse sites: nisi in veritate vt in exemplo phisices. Est affirmatiua formaliter sequitur oppositū negatiue tunc nō pūt esse similes nisi in falsitate: vt patet in isto exemplo vos curritis. et vos non movemini

¶ Et nota q̄ q̄ñcūq; ponuntur aliq̄ propositiones esse simules admittend⁹ est casus si non ponitur ille terminus⁹ primarie significādo:q; quēcūq; propositiones possunt esse vere significando secundarie.

¶ Aliud sophisma. Pono vobis q̄ ille due pzopositiones:De⁹ est:⁊ homo est aial sunt dissimiles primarie significādo. Si admittatur ponatur idem. Si cōcedetur tūc ꝓpono de⁹ est: si negetur tūc ꝓpono hō est aial Si concedetur. 2tra. iste due ꝓpōnes sunt dissimiles primarie significādo:ergo si vna est negenda reliqua erit negenda:sed vos concedītis vtrāq; ꝯ male respondetis. Si negetur homo est animal. 2tra. propter possibile positū nō est necessariū negandum:sed vos negatis necessariū ergo male respondetis. Hunc dicatur negando positum:q; est impossibile.

Responsio.

¶ Sophisma. Pono istas duas pzopōnes esse dissimiles homo est asinus. et quelibet propositio est similis illi / demōstrādo p ly istā ꝓpositionē hō est asin⁹. Si admittat ꝓponatur idē. tūc proponatur hō est asinus negetur tūc ꝓponatur q̄libet ꝓpō est silis illi:negetur. 2tra ille due ꝓpōnes sunt dissimiles sed ista est negata. hō est asin⁹:ꝯ altera illarū est negenda. ꝫ vos negatis vtrāq; ꝯ male respondetis: si negetur q̄ q̄libet propositio est similis illi. ista est propositio ergo illa est similis illi:et sic eadem est similis et dissimilis / et vera et falsa. Hunc dicatur negando positum:q; est impossibile.

Responsio.

¶ Sophisma. pono q̄ ille pzopositiones sūt dissimiles. Ois homo currit.⁊ q̄libet istarū est vera:demōstrādo per ly istarū ota singularia ist⁹ vniuersalis si admittatur:⁊ sic propono. Ois hō currit:negetur:q; est falsū ⁊ impertinens. tūc propono q̄libet istarū est vera demōstrādo per ly istarū sicut prius. si negetur 2tra est pcedēda probatur:q; sequitur ille ꝓpōnes sunt dissimiles:sed hec est falsa ois hō currit:ergo hec est vera :q̄libet istarū est vera : sed vos negatis illā:ergo male respondetis. si pcedatur q̄ q̄libet istarū est vera:ergo illa vniuersalis est vera,⁊ per consequens hec ꝓpō est falsa. ſ. quelibet istarū est vera. huic dr admittendo casū ⁊ q̄ñ ꝓponitur omnis homo currit:negetur.q; ē falsum et impertinens et pcedatur ista.sez q̄libet istarū est vera. ⁊ cū arguitur sic quelibet istarū est vera:ergo si illa vniuersalis est vera:negetur ꝓñs:q; añs potest esse verū in casu posito et ꝓñs falsum vt si ponatur q̄ omes singulares illius vniuersalis significent secundarie q̄ de⁹ est vel q̄ hō sedet. tūc añs est verū. ſ. q̄ quelibet istarū est vera demōstrādo oēs singulares vnius vniuersalis .⁊ ꝓñs est falsum. ſ. q̄ omnis homo currit. q; suum contradictoriū est verū. ſ. aliquid qđ est homo non currit. Uel ponatur iste casus q̄ non currūt plures hoies ꝙ sortes ⁊ plato.⁊ q̄ illa vniuersalis non habet plura singularia iā añs est verū q̄ quelibet illarū ē ꝑa de mōstrando oēs singulares illius vniuersalis.ꝓñs est falsum. ſ. omnis hō currit:q; aliquis non currit per casum. Igitur ad hoc q̄ argumētū illud sit bonum oportet sic arguēre:quelibet istarū est vera demendo oēs singulares illius vniuersalis: ⁊ ille singulares significant precise:⁊ primarie et iste sunt omnes singulares quas illa vniuersalis apta nata est habere:ergo illa vniuersalis est vera. Si sic arguatur pceda tur ꝓña:⁊ negetur añs ꝑ minorī. Nota q̄ vniuersalis dr habere tot singulares quot apta nata est habere qñ cuilibet suppposito cōtento sub subiecto vniuersalis correspondet vna propositio singularis. Et hec de positione.

Depositio est quedā species obligationis mediante qua quis obligate tenetur respōdere negatiue ad propositionem sibi depositam. Et notandū est q̄ illa propositio est folā admittenda in depositione cuius oppositum est admittendum in positione. Et primo sunt regule ponende quilibet respondēs pōt defendere si non ducatur ad aliquod inconueniens.

Regula notāda

¶ Prima regula est ista. Omne mihi depositum et a me admissum sub forma depositi propositū scitum a me fore tale quale fuit mihi depositum infra idem tempus obligationis est a me negandū. vt depono istū vos sedetis. admittatur deinde proponatur negetur: quia omne mihi depositū et a me admissum. ꝛc̄ est a me negandū.

¶ Alia regula est ista. omne repugnans aut formaliter ꝓtradicens deposito infra idem tempꝰ obligationis est ꝓcedendū. vt depono calū. rex sedet. admittatur. ꝓpō eunde negetur tunc propō nullus rex sedet ꝓcedo qꝫ oē formaliter ꝓtradicens deposito est cōcedendū.

¶ Alia regula est ista. Omne antecedens ad depositū cū ꝓcesso vel cū ꝓcessis cū opposito bene negati vel cū oppositis bene negatur est negandū. vt depono istū. Aliquis hō non currit. admittatur. ꝓponatur idē negetur. tunc propono. vos estis aliquis hō. ꝓcedatur. qꝫ est verū ⁊ imptinens. deinde propono vos non curritis negetur qꝫ ista cū ꝓcesso pōt esse añs ad depositū sic arguendo. vos non curritis: et vos estis aliquis homo: ergo aliquis homo nō currit/quod est depositum.

¶ Alia regula est ista. Omnis propō cuius contradictorium antecedit ad depositum cum ꝓcesso vel ꝓcessis cum opposito bene negati: vel oppositis bene negatur est ꝓcedenda. vt depono vobis istā. Aliquis hō nō currit admittatur. ꝓponatur idē. negetur. deinde propono. vos estꝫ aliqs hō. ꝓcedatur. tūc ꝓpono. vos curritis. ꝓcedetur: qꝫ oppositū eiꝰ cū ꝓcesso añcedit ad depositum sic arguendo. vos nō curritis: ⁊ vos estꝫ aliqs hō: ꝯ aliqs hō nō currit. ¶ Et notandū qꝫ illud est imptinens in depositione qđ nec est depositū nec ꝓtradictorium depositi. nec añs ad depositū. nec cuius contradictoriū est ad depositum. Regla notãda

¶ Sophisma. Depono vobis ista. Aliquis homo nō est rome. admittatur. qꝫ eius oppositū est admittendū in positione. deinde ꝓpono. vos estꝫ aliqs hō ꝓcedatur/qꝫ est verū et impertinēs. ꝓpono/vos estꝫ rome. ꝓcedatur. qꝫ eiꝰ oppositū cū ꝓcesso añcedit ad depositū. deinde propono. qlibet hō est rome. si negetur ꝓtra vos negetꝫ sequēs ex ꝓcessis ꝯ male rñdetꝫ. qꝫ vos estꝫ rome. si negetur ꝓtra vos negetis sequens ex ꝓcessis ꝯ male rñdetis/qꝫ sequitur quilibet hō est rome. vos estis aliqs hō/ergo vos estis rome. huic dicatur admittendo propositum ⁊ qñ ꝓponitur negetur. ⁊ si in primo loco ꝓponitur. vos estis aliqs hō. ꝓcedatur: qꝫ est verū et imptinēs. et si tunc ꝓponatur. vos estis rome ꝓcedatur: qꝫ eius oppositū cū ꝓcesso antecedit ad depositū. Sed primo proponatur. vos estis rome. negetur. qꝫ est falsum et impertinens. et si ꝓponatur: vos estꝫ aliquis homo. negetur. qꝫ illud cum opposito bene negati est añs ad depositum sic arguendo. vos estis aliquis homo/et vos non estis rome: ergo aliquis homo nō est rome.

